Wiewol wir nicht zweifeln, E. Ko. W. sey hievor schriftlich oder muntlich bericht des mercklichen schedlichen untreglichen brandschadens, so E. Ko. W. underthanen und einwonern der statt Posenn korz voruckter tag zugestanden, demnach können wir auch E. Ko. W. unangezeigt nicht lassen, das der rat und gemeynere kaufman genanter statt Posenn uns solchen iren erlieten unfal und jemerliches vorderben auch schriftlich entdeckt und zu erkennen gegeben. Welchs uns dan von iren wegen getreulich leid ist und desshalben groses mitleiden mit inn tragen. Nachdem sie aber under andern vormelden, das solcher unwiderbringlicher schad auss unfleys und verseumnis des vorstockten, halsstarrigen, wucherischen volcks der Juden, die dan fon anfang in aller welt nicks vil guts angericht, auch christlichen namen und glauben feindt sein entstanden, haben si uns bittlich und flehentlich ungefallen sie angefallen, sie gegen E. Ko. W. zu verbieten, damitt dise untrew nacion fort mer von in abgesondert mochten werden, kunftigen unfal zu vorhutten, das wys als gelegenheit dises hinderlistigen bosen volcks zum teil mit was buberey Gotteslesterung und mishandlungen sie in sonderheit in unsern churfurstenthumb der Marcken zu Brandenburg umbgangen, darumb auch ired teiles geburlich leibsstraff empfangen und die andern des landes vorwisen worden, inen zu weygern nicht gewust. Bitten derwegen ganz freuntlich, E. Ko. W. wollen der iren noturft und emphanen schaden uber vorig untrechtlich beschwerung und mutwillen, den dieselbe Juden, wucher und betrieger, gnanten burger und kaufman inn allerley hantierung zugefugt, selbs bedencken, gnedigs einsehen haben und beschaffen, das sy der statt und des lands der Cron zu Poln vorwisen werden. Dan E. Ko. W. können bedencken, wo sie aldo pleiben und wiederumb neben andern aufbauen auch hantdirung, wie hirvor geschen, treiben solten, wurd es nicht allein den brandschedigten grose vorbitterung gewern, sonder auch den burgern grosen schaden bringen und den kaufman vorursacht, die niderlag von da zu wenden. Wie wir dan bericht si, sich das bereicht haben horen lassen, dis alles und kunftigen widerwillen zuvorkomen, pitten wir nach wie vormals, E. Ko. W. wollten diss undinstlich volck von den iren absondern und sich als der gnedigst konig und herr hierin erzeigen, das sie unser wolmeinlichen vorpit wirkklich und fruchtbarlich geniesen mogen... Datum Pritzwalck Freitag nach Cantata anno XXXVI.

Joachim von Gottes gnaden  
marckgraff zu Brandenburg und churfurst  
zu Stetin Pommern herzog  
borggraff zu Nurmberg und furst zu Rugen  
an konig zu Poln

Mutatis mutandum <sup>z)</sup> von wegen m[einer] g[nedigen] frauen, der churfurstin, auch fast diese meinungk.

*z) sic in ms.*

*Annexum II: Exempl. litterarum Ioachimi II marchionis Brand. ad cives  
Posnanienses contra Iudaeos, de 20.V.1536.*

Joachim von Gots gnaden marggraff zu Brandenburg und churfurst zu Stettin, Pommern etc. herzogk.

Unsern gunstlichen grus zuvorn. Ersamen und weysen liebe besondern. Wir haben Euer schreyben und laidigs anzeigen des elenden unthergangs und erlittenen brandschadens so kurz verruckter tage der statt Posenn bescheen ist, inhalts vernommen und in warhait solchs ganz ungerne gehort und deshalb groses mitleiden mit Euch tragen. So Ir aber auch inn demselben schreiben vermeldet, das solcher unwiderbringlicher schad aus unfleys und verseumung des versteckten, halsstarrichen, untreuen, wucherischen judischen volcks, von welchem ye nicks guts herkommen ist, entstanden, und derhalben ansuchet Euch gein ko. w. zu Polen, unserm freuntlichen lieben herrn ohaimen und vattern zu erbieten, doemit dasselbig hinderlistig volck hinfuro mocht von Euch mocht<sup>z)</sup> abgesondert werden, wissen wir Euch solchs, nachdem uns in sonderhait auch woll bewust, wes Gottes lesterungen und mishandlungen sie in unserm churfurstenthumb der Marcken zu Brandenburg geubt, nicht zu weygern und haben dennach nach laut inliegender copeyen uff Euer bitt an hochgenante ko. w. geschrieben zuvorsichtig, sein ko. w. werden den grosen schaden ansehen, Euer aller noturft bedencken und gnedigs einsehen. Hierynne haben dan woe wir Euch sonderlich zu vertreybung und verweysung dieser untreuen nacion vil forderlich sein konten, sollt Ir an unserm fleys keinen mangel befinden. Dis wir Euch gnediger meynung in anthwort nicht verhalten wollten. Datum Kiriz Sonnabents nach Kantate anno etc. XXXVI.

Joachim kurfurst  
manu propria etc.

z) sic in ms.

*N. 19.*

*Posnaniae, 16.X.1536.*

*Proconsul et consules Posnanienses  
Alberto in Prussia duci  
de Iudaeis queruntur et ad ducem contra eos recurrunt.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Non ignotam esse arbitramur Vestrae Illustrissimae Dominationi oppressionem, qua premimur ab hostibus fidei nostrae perfidis Iudeis, qui id conantur sedulo, posteaquam partem maiorem nostrae civitatis sua negligencia in cineres redegerunt nosque omnibus fortunis et bonis spoliaverunt, pertinaciter tamen urgent nobis in unis moeniis coniungi, libertatemque contra edicta priora Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, obtinuerunt, in eorum areis prioribus licere eis domos eorum restaurare.

Ad Illustrissimam itaque Dominationem Vestram confugimus, Principem catholicum vereque christianum, misereatur sua heroica virtute christiani populi, litteras suas iterum ad Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, eo in negotio dare ne gravetur, apud Illustremque Principem Brandenburgensem Imperii Electorem,<sup>1)</sup> Dominum nostrum graciousissimum, eiusque Illustrem Dominam coniugem Hedvigim, Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, filiam etc., partes nostras promovere dignetur, quo Sua Illustris Dominatio apud Serenissimum Principem et Dominum, Dominum Sigismundum, Dei gratia Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominum et Heredem, Dominum nostrum clementissimum, ansam scribendi ex relatione Vestrae Illustrissimae Dominationis capiat, edoctaque de miseriis nostris, quas Illustrissima Dominatio Vestra sua prudentia contemplata est, Suam Sacram Regiam Maiestatem permoneat excidium futurum huic urbi procul dubio, nisi Suae Sacrae Regiae Maiestatis singulari clemencia temporis provisum fuerit. Haec nosque fortunasque nostras gratiae Vestrae Illustrissimae Dominationis, Domino nostro graciousissimo, damus ac devovemus, valere foelicem longos in annos singulari ornameto Reipublicae nostrae ac nostro unico praesidio ex animo cupientes. Posnanie, XVI Octobris, anno Domini MDXXXVI.

Eiusdem Vestrae Illustrissimae Dominationis  
Proconsul cum Consulibus civitatis Posnaniensis  
servi deditissimi.

1) *Ioachimus II*



# 1537

N. 20.

Cracoviae, 9.II.1537.

*Georgius Heigell*  
*Alberto in Prussia duci*  
*postulatos a duce 200 aceres et hydraulicum missurum se esse promittit.*  
*(Germanice)*  
*Vest. sigilli.*  
*H B A, B 3, K.437.*

N. 21.

Posnaniae, 26.II.1537.

*Henricus Storch et Ioannes Graff*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de clenodiis ducis, defuncto Iacobo Korb olim oppignoratis, vendendis et*  
*pecunia inde comparata miseris orphanis suppeditanda.*  
*(Germanice)*  
*Vest. 2 sigill.*  
*H B A, B 3, K.437.*

N. 22.

Posnaniae, 5.III.1537.

*Henricus Storch et Ioannes Graff*  
*Alberto in Prussia duci*  
*nomine miserorum orphanorum defuncti Iacobi Korb petunt, ut pecunia*  
*ex venditis clenodiis obtenta in manus Ioannis Pred Gedanum mit-*  
*tatur.*  
*(Germanice)*  
*2 sigilla.*  
*H B A, B 3, K.437.*

N. 23.

*Posnaniae, 1.VII.1537.*

*Henricus Storch et Ioannes Graff  
Alberto in Prussia duci*

*petunt, ut pecunia pro clenodiis venditis obtenta miseris orphanis Iacobi  
Korb suppeditetur.  
(Germanice)*

*2 sigilla.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 24.

*Posnaniae, 2.VII.1537.*

*Proconsul et consules Posnanienses*

*Alberto in Prussia duci*

*summam pecuniae (2000 florenorum) una cum quietatione se accepisse  
eamque in depositorium deposuisse et marchionem Ioannem ea de re  
certiorem reddidisse nuntiant.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 25.

*Gedani, 9.XI.1537.*

*Henricus Storch, civis Posnaniensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de pauperibus orphanis defuncti Iacobi Korb, in egestate viventibus.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

# 1538

N. 26.

*Toruniae, 13.I.1538.*

*Henricus Storch et Ioannes Graff  
Alberto in Prussia duci  
iterum de orphanis Iacobi Korb.  
(Germanice)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 3, K.437.*

N. 27.

*Posnaniae, 3.VI.1538.*

*Ioannes Kuncz, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
de mercibus ducis ad loca eis destinata transmittendis, ad quam rem  
perficiendam litterae ducis patentes ad teloneatores necessariae sunt.  
Sigill.  
H B A, B 3, K.437.*

N. 28.

*Gedani, 14.VI.1538.*

*Henricus Storch, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
de pecunia miseris orphanis Iacobi Korb per Vincentium Anhald vel  
Ioannem Pred suppeditanda.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.437.*

N. 29.

*Przasnysz, 12.VII.1538.*

*Proconsul et consules Przasnisienses*

*Alberto in Prussia duci*

*intercedunt pro Nicolao Fiołek (in ms. Phiolek) et Ioanne Lenka, ex villa  
Burki, ut eis boves ab marsalco ducis retenti restituantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

# 1539

N. 30.

*Posnaniae, 1.IV.1539.*

*Henricus Storch et Ioannes Graff  
Alberto in Prussia duci  
iterum de pecunia orphanis Iacobi Korb mittenda.  
(Germanice)  
2 sigilla.  
H B A, B 3, K.437.*

N. 31.

*Posnaniae, 1.IV.1539.*

*Consules Posnanienses  
Alberto in Prussia duci  
tutores puerorum et heredum defuncti Iacobi Korb commendant.  
Sigill.  
H B A, B 3, K.437.*

# 1540

N. 32.

Toruniae, 20.IX.1540.

*Ioannes Decius*

*Alberto in Prussia duci*

*de regis Romanorum [Ferdinandi] post mortem regis Ioannis in Hungariam protectione nuntiat; de patre suo, Iosto Ludovico Decio, a duce clementer accepto gaudet.*

*Sigill.*

*(Adest versio germanica non plena).*

*H B A, B 3, K.437.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quum superiori tempore cum Serenissima Romanorum Regia Maestate, Domino meo clementissimo, Hagenoae essem, singulari quodam obedientiae erga Illustrissimam Dominationem Vestram ductus affectu, statueram eandem, tanquam Dominum suum clementissimum, aliqua exili, humillima tamen salutare epistola. Quod scribendi offitium dum ex imbecilli puerilique ingenio timidulus (ut fit) aggrederer, exaratis tandem concinnatisque barbaris aliquot characteribus, epistolam satis indoctam ad Dominum Iostum Ludovicum Decium, pium parentem meum, transmisi in hoc, ut si illi tanquam aequissimo iudici meo probaretur, eam signatam superscriptione facta Illustrissimae Dominationi Vestrae nomine meo offerret. Verum cum foelici tunc fato apud Illustrissimam Dominationem Vestram ageret, eodemque tempore meae ei litterae allatae essent, eas statim eodem modo, quo ego misi, apertas Illustrissimae Dominationi Vestrae reddidit, sperans Illustrissimam Dominationem Vestram illas, tanquam benignum Principem, clementissimo animo accepturam.

At nunc quum ex Illustrissimae Dominationis Vestrae ad easdem litteras responso, haud sine magna animi exhilaratione, benignissimum eiusdem erga me scriptorum meorum cupidum animum agnovissem, mei offitii esse duxi, ut eidem, tanquam Domino suo clementissimo, pro ingenio mei facultate, quam citissime scriberem. Idque mihi potissimum argumenti loco sumpsi, ut Illustrissimae Dominationi Vestrae de Serenissimi Romanorum Regis, Domini mei clementissimi, in Hungariam protectione aliqua significem. Sum enim Hagenoae fere in extrema valetudine

nova de Serenissimi Ioannis Regis Hungariae morte advolasset, maturato Serenissimus Romanorum Rex, Dominus meus clementissimus, Viam reditu, mandavit omnibus aulicis suis, ut unusquisque pro virili sua sese armis muniat ad proeliumque parat.

Quod cum a multis ex regio mandato e vestigio peractum esset, conscripta sunt in quadam civitate Hainburga VIII vexilla peditum. Ii statim ulterius in Hungariam ablegati sunt. His peractis, convocatis Serenissimus Romanorum Rex regionum suarum Principibus viris, quo aulam suam eorum praesentia cohonestaret, in diem comitalem Posonium est profectus, ut primores viros Regni Hungariae, suae parti faventes, convocatos agnosceret. Quorum tandem fretus post divinum auxilium favore et obedientia, ulterius procederet.

Caeterum in meo e Vienna discessu expectabantur a Caesarea Maestate, Domino nostro clementissimo, III millia catafractorum equitum, et ex superiore Germania seu Romano Imperio item XIII millia peditum cum quingentis Italicis nautis, qui classem per Danubium munirent. His fretus Serenissimus Rex Romanorum bellum (atque utinam foeliciter) est aggressurus, speraturque, nisi ex Polonia adversi aliquid, quod Deus avertat, contingat, rem absque dissidio cum totius Christianitatis fructu transigi posse. Utinam Dominus Deus, cunctorum Salvator, haec omnia pro totius Christianitatis salute dirigat. Haec praesentibus de rebus Illustrissimae Dominationi Vestrae, Domino suo clementissimo, humillime significanda censi, sperans eadem Illustrissimae Dominationi Vestrae, etsi non incognita, grata tamen fore, si foeliciter ceciderint.

Postremo Illustrissimae Dominationi Vestrae significo me Domino parenti meo uno forte ab hinc miliari pridie obvium fuisse, ex quo didici, qua singulari clementia et benignitate Illustrissima Dominatio Vestra eum et exceperit et dimiserit, non absque summo Illustrissimae Dominationis Vestrae in nos benignitatis inditio. Quod equidem mihi non abs re auditu iucundissimum fuit. Faxit Deus Optimus Maximus, ut liceat nobis, eius filiis, aliquando deditissimis nostris obsequiis Illustrissimae Dominationi Vestrae, Domino nostro clementissimo, eam gratiam recompensare. Quam vehementer doleo, quod non licuerit mihi praesenti cum Illustrissima Dominatione Vestra colloqui. Verum aliter fieri non poterat, nam maturandus est mihi ad Serenissimum Romanorum Regem, Dominum meum clementissimum, reditus, a quo non ultra quam ad unius mensis spatium licentiam discedendi impetravi. Quare id sibi Illustrissima Dominatio Vestra de me persuadeat velim, me, ubicunque locorum fuero, Illustrissimae Dominationi Vestrae pro tantis in parentem meum collocatis beneficiis deditissimum servitorem fore, in cuius summa pietate et clementia nunquam sum dubitaturus. His Illustrissimam Dominationem Vestram, tanquam Dominum suum clementissimum et gratiosissimum, divinae clementiae commendo, pro cuius prospera valetudine et foelici imperio Deum Omnipotentem assidue sum precaturus. Datae Toruniae, anno Domini MDXXXX, mensis Septembris XXma die.

Illustrissimae Dominationis Vestrae tanquam Domini  
Domini sui clementissimi  
deditissimus clientulus  
Ioannes Decius.

N. 33.

*Posnaniae, 10.XII.1540.*

*Ioannes Kuncz, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
de 16 vasis vini ex Germania Posnaniam ad usum ducis advectis per  
Georgium Scholtiss, civem Norimbergensem.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 34.

*Hagenau, s.d. 1540.*

*Ioannes Decius  
Alberto in Prussia duci  
servitia et obsequia offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*



# 1541

N. 35.

Gnesnae, 17.III.1541.

*Ioannes Behem, armifactor Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
iuxta ducis desiderium, ad festum Pentecostes se ad ducem venturum  
nuntiat.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 36.

Posnaniae, 10.IV.1541.

*Ioannes Kuncz, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
expetit restitutionem summae pecuniarum, sibi a servitoribus ducis, Adria-  
no a Riesenberg et Francisco Rauter, debitaе.*

*Sigill.*

*(Annexum: testificatio debiti contracti eorundem Adriani a Riesen-  
berg et Francisci Rauter, germanice scripta)*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 37.

Patavii, 20.V.1541.

*Ioannes Decius  
Alberto in Prussia duci  
de sua — venia regis Romanorum — in Italia commoratione; de Ascanii  
Columnae gestis in Italia; de equitibus a rege Galliae Taurinum missis.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quaquam ea sit, Illustrissime Princeps, ingenioli mei exilis in scribendo peritia eximiaque ruditas, ut hoc Illustrissimae Dominationi Vestrae scribendi officium verecundia magis quam firma aliqua eruditione stipatus subeam, efficit tamen Illustrissimae Dominationis Vestrae singularis clementia et summa pietas, ut abiecto animi pudore Illustrissimam

Dominationem Vestram abiectissimis scriptis meis alloqui non abhorruerim, quibus (precata Illustrissimae Dominationi Vestrae a Deo Optimo Maximo foelicitate) non solum deditissima mea servitia commendare, sed etiam Illustrissimam Dominationem Vestram eius (quam ego iam pridem agnovi) clementiae admonere volui, ea ductus spe Illustrissimam Dominationem Vestram pro sua pietate incultissima haec scripta mea clementi animo accepturam.

Sed ne Illustrissima Dominatio Vestra ignoret, qua in conditione res sunt meae, statui ea Illustrissimae Dominationi Vestrae, tanquam Domino et Domino suo clementissimo, brevibus indicare. Nam cum indignum videretur amplius in aula Serenissimi Romanorum Regis, Domini nostri clementissimi, cum tempore (quod irrecuperabile est) tantam pecuniarum iacturam facere, accepto tandem a parente meo (Illustrissimae Dominationis Vestrae servitore deditissimo) paterno consilio ac impetrata ab eadem Regia Maestate ad tres annos ab aula discedendi benigna licentia, Venetias et Paduam sum profectus, ea ratione, ut visis etiam illis partibus, cum linguae Latinae exercitatione et Italicam addiscam, lapsoque illo tempore, si Deus foeliciter redire concesserit, Suae Maestati cum maiori fructu et meo ampliori honore inservire famularique valeam. Haec volui Illustrissimam Dominationem Vestram, tanquam Dominum et Dominum suum clementissimum, scire. In cuius clementiam me parentesque meos deditissime commendo.

Novarum rerum in praesens tempus nihil fere habetur. Unum id, non tamen certis admodum authoribus, hisce diebus allatum est, videlicet quod Ascanius Colonna, qui ante menses aliquot nollens in dominiis suis Papae<sup>1)</sup> in plebem exactiones ferre, exercitu ex Napulia et suis provinciis assumpto, aliquot oppida Papae vi ademit et populabundus ad ipsam fere Romam pervenit. Aliqui Caesarem haec cum illo composuisse ferunt, alias illum (quanquam potentissimus totius Italiae Dominus sit) talia non ausurum. Regem Galliarum<sup>2)</sup> Turinum aliquot millia peditum misisse certum est, sed quorsum erecturi sint atiem, dubitatur. Plura et tempus et argumenti inopia scribere vetant. His Illustrissimae Dominationi Vestrae, tanquam Domino et Domino suo clementissimo, me deditissime commendo eandemque in longeva tempora foeliciter vivere ac imperare cupio. Datae Paduae, anno Domini MDXXXXI, mensis Maii XX die.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
deditissimus et obsequens servitor  
Ioannes Decius, Serenissimi Romanorum Regis aulicus.

- 1) Paulus III  
2) Franciscus I

N. 38.

Gedani, 5.VIII.1541.

*Henricus Falckner, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
summam 400 florenorum iuxta ducis desiderium Sebolto a Thill se tradidisse significat.*

*(Annotum: testificatio Sebolti a Thill de summa 400 florenorum a se recepta)*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

*Ioannes Wunsam iunior*  
*Alberto in Prussia Tuci*  
*nuntiat de pretio argenti aucto.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.437.*

Laus Deo. In Kracka adii 29 Augusti anno 1541.

Dy genod Gottes zuvoran. Durchlauchtiger furst, mein genediger her. Noch meiner dinsten demutiger erbittung zu aller zeit wunsch ich E. F. D. ein gluckselige wolfart und langwerige gesuntheit samt E. F. D. gemahel und erben. Mich geruch auch E. F. D. aus Gottes genaden zu wissen in zimlichem gesunt. Got, der Her, helf weiter noch seim gotlichen gefallen.

Genedigster furst. Nochdem und ich vor ein jor mit E. F. D. ein richtigen silberkaff und contract gemacht habe, den ich auch noch meinem hegsten vormugen gehalten und gefurdert habe und noch halten wil ungebrochen, vor den sol mich E. F. D. erkennen. Allein das tu ich E. F. D. zu wissen, das f. d. von Lignicz ein muncz uffrichten wil als fileicht E. F. D. bas was denn ich. Und es ist hy der Zekorn von Bresla, ein tapfer burger, hat ein gut suma geldes hy, denckt dy silber aufzukaffen. Hat auch sunst seiner gesellen einen im Zips uberall umgeschickt in dy bergkstedt zu den leuten, dy mit silber handeln, das sy im ir silber vorkaffen wulden, er wel ins wol zalen. Wy mir auch das etlich aus dem Zips schon geschrieben haben, das er in mehr wel geben, denn wy ichs in zalt hab. Wy er auch thun mus, wirdt ers wellen haben etc. Derhalben los ich sulches E. F. D. zum besten wissen, das mich E. F. D. ye ehr y bas berichten und underweisen wolt, wes ich mich halten sol, denn ich besorg mich, her wirdt es vileicht<sup>a)</sup> hecher brengen. Off Michaelis haben wir ein margkt hy. Der wirdt es an tag bringen etc. E. F. D. geruch nit zu dencken, das ich aus mein kopf ein aufschlag machen wolt. Ich wil mein wort<sup>b)</sup> E. F. D. zugesagt, ab Got wil, aufrichtig halten als lang ich nur ein wenigk vor mein mue und ebetheuer doran haben kann. Wenn mans aber so hoch brecht, das ich nichts doran vordinen kendt, so wurd mirs E. F. D. nicht vor ubel haben, das ich derfon lis und feiren must, das ich io nicht gerne tet, denn ich von meiner narungk ken und dy silber, dy ich bisher uffkofft habe, wurden E. F. D. aus den henden kumen. E. F. D. wolt es wol bedencken, sollens ander leut hecher kaffen, wer besser, E. F. D. tet es auch etc. Denn so ichs in gleich kaffen kunt und ein suma gelts hett, hoff zu Gott, ich wuld in ein zil stecken, das sy nit fil hy wurden ausrichten, denn mirs dy leut vor in gunen wurden. Solchs hab ich E. F. D. anzagen wellen, das sich E. F. D. in dem wist furzusehen und mich offs erst berichten, wes ich mich halten sol. Ich must es off Michaelis wissen. Ich acht dorfur, es tet E. F. D. nit ubel doran, das E. F. D. ein reitenden boten herschigkt, denn ich besorg mich, der bot wird es schwerlich enden. Ich stel es E. F. D. einham etc. Ich hab dy sache erst derfaren, het es sunst lang E. F. D. zu wissen thon.

Von Ungern kun wir gar nichts wissen. Es ligen noch dy Deutzen und Turken bey Owen. Got wolt der kristenheit beistehen etc... Datum als oben.

Hans Wunsam der Junge  
E. F. D. underteniger diner.

*Post scriptum:*

Genedigster furst. Es ist als gestern zeitung herkumen, das der Turck dy Deutzen in Ungern solt erlegt haben. Got bessers. E. F. D. wirt an zweifel von hern Jost Ludwigen bessern beschadt haben.

- a) *correctum ex*: wirdt
- b) *supra lineam*.

# 1543

N. 40.

Cracoviae, 16.VI.1543.

*Stanislaus Karg, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
praefectus armifecturae ducis, vivente armifactore Ioanne, esse non vult,  
sed servitia sua in armis conficiendis offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

Durchlauchtigster etc.

Dennach ich zw Schlomnigk an E. F. G. hab supplicirt und derwegen von E. F. G. kantzler<sup>1)</sup> vorstendigt mit einem gnedigen antworth bin worden wie das ich E. F. G. meine meynung schriftlich vermelden solt allenthalben den dinst belangen. Gnediger furst und her. Dieweyl aber meister Hans bey dem leben ist, beger ich mich des zeugmeisterampts nicht understehen, sunder, wo es E. F. G. gefellig wer, wolde ich meinen meglichen vleis nach meinem kleynen vorstandt vorwenden, hauptstuck, steinbichsen, werfmerser, hagelgeschoss und was yn einem zeughause gehert, einzufassen und was sonst zu einer arkeley zu vorordenen mit den wergekmeistern und sonst E. F. G. pulfer mit vleis zu allerley geschitze zu machen bereythewillig dorbey die handtlanger E. F. G. undersassen zu underweysen, uff das sie yn solcher arbeth und anderen thun. Dergleichen E. F. G. uff den schlosseren auch zu gebrauchen teglichen leeren weiter yn fewerkugelen zu schimb und ernst zu machen mich gebrauchen wyl lossen. Wyderumb, was die jar besoldung angehet, stelle ich E. F. G. auf hochsten verstand voraus vor die speis und kleydung. Dorumb bith ich E. F. G. umb ein gnedig antwort, dormit ich von ko. mt., unserem gnedigen herrn, glimplich abzuschneiden mecht... Datum Crokaw am 16. Junii anno 1543.

E. F. G.

wylliger diener

Stenczel Karg ko. mt.  
von Polen bichsenmeister.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

*Ioannes Paczke, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
scire cupit, utrum dux argentum sibi suppeditari velit; propter servitia  
duci prestanda, praefecturam monetae, a rege sibi oblatam, se non  
accepisse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

Laus Deo. Adi 31 Augusty anno 1543 aus Dantzke.

Durchlauchtiger etc. Mir ist ein schraiben van E. F. D. des dattum adi 21 Augusty aus Kinigspurgk worden, den inhaltt uberlessen undt vernomen belangedt, noch dem mir E. F. D. der muntz wndt silber auch pagament halben schraiben lest, E. F. D. endslossen hodt den hamer zu E. F. D. minze ein zeidt langk fayern zu lossen. Derhalben E. F. D. die silber wndt pagament nicht weldt weiter zu nemen. Doch was die silber wern, woldt sie E. F. D. annemen, welche zwissen hie undt Michelis gefallen mechten, welchs mir dan, Got weis, zu einem grossem schaden laufen wurdt. So E. F. D. dyssem vinnemen nochkumen weldt, dan ich iczundt in meinem abzichen von Kroke edlich taussendt floren auf silber wndt pagament geben hab, das man mirs auf den margk Michelis zu Kroke libern sal. Dorauf ich dan auch in 4000 fl. in wexsel genomen hab, welche ich auf Micheles alhie zu Dantzke zalen mus. Wo nu E. F. D. die schilber wndt pagament von mir nicht nem, kindt ich nicht zu geldt kumen, dis mir dan zu einem merdlichen saden wndt nochteyl kegen meinen gleubigern kumen wurdt. Hof zu Godt, E. F. D. wirdt mir solchs nicht gynen. Glaub auch genzlich, E. F. D. kan abnemen, was es kan, wan ein handelsman wmb treuen wndt glauben kindt. Ich bin gewis der hoffnungk, E. F. D. wirdt der zusagungk, so mir durch den hern Hans Nimpschen, E. F. D. minzverwalter zugeschagdt wndt zugeschriben ist, nochkumen, dorin dan laudt das E. F. D. mirs ein halb jor vor der zeidt seldt wissen lossen, er der hamer gelegdt wurdt, dorauf ich mich kegen edlichen in Ungern verflicht wndt verbunden hab. Derhalben ist noch mein demuttige bedt an E. F. D., meinen genedigen hern, E. F. D. welle mir als plucz nicht abgeschriben haben wndt mich in grossen saden bringen. Hoff wndt glaub, E. F. D. wirdt mirs auch nicht gynen, dan ich E. F. D. halben ko. mt. zu Polen, meinem genedigen hern, habe izundt naylich ein denst abgslagen, do mich seine ko. mt. hodt zu einem minzverwalter im landt zu Litten habe wollen, welchs ich seiner mt. E. F. D. halben wndt verphlichtungk, so ich kegen E. F. D. gethon hab, abgslagen hab. So aber E. F. D. yo den hamer im E. F. D. minz wil ein weil fayern lossen, dorauf den E. F. D. die silber nemen wil, was zwissen hie wndt Michelis gefallen kan, die pagament aber decht E. F. D. zu lossen. So es nicht anders sein kan, so bidt ich E. F. D., meinen genedigen hern, die silber wndt pagament, so ich zwissen hie wndt Michelis von meinen layten bekumen werdt, dorauf ich edlich taussendt floren geben hab, von mir annemen weldt, damit ich meine glaubiger zu Dangk zalen kan, so ich geldt von in zu wexsel geno-

men hab, welchs ich auf Michelis in Dantzke zalen mus. Ich wil auch, wils Godt, nicht langk saumen wndt die selbigk silber auch pagament midt dem ersten noch Michelis kein Dantzke verschaffen. Hoff zu Godt aufs lengst 14 tag oder yo 3 wochen noch Michelis alhie in Dantzke zu sein, dorauf ich dan einheim aylen wil wndt wil, wils Godt, auf den nesten midtwoch auf sein. Hoff in der zeidt andtwurdt von E. F. D. So mir aber kein andtwurdt in der zeidt wurdt, los ich mein dener alhie bleiben bis andwurdt kindt, wie ich dan glaub, mir ein gnedige andwurdt von E. F. D., meinem genedigen hern, kumen wirdt wndt, so Godt der Her figedt, das E. F. D. midt der zeidt den hamer in E. F. D. minz aufrichten wirdt, wil ich dan E. F. D. midt silber wndt pagament wider fidern noch meinem besten vormigen. Wie ich dan yzundt mer wol aingericht hab, wils kaim nicht zu vorgeben, allein E. F. D. wel ichs versten lossen, als baldt gesehen wirdt, domidt ich mich kegen ymandt anders nicht verphlichte. Ich habe auch iczundt midt mir kein Danzke brocht, silber wirdt in 5000 fl. antreffen, dorunder ist wenigk pagament, so kindt mir auch in edlichen tagen <sup>a)</sup> pagamendt wirdt auch in 3000 fl. machen. Dis uberandtwurdt ich dem Andris Venczel, E. F. D. fagtoeren... Dattum in Dantzke wie oben stedt.

E. F. D.

williger dener

Hans Paczke von Krake.

a) *sequitur verbum expunctum.*

N. 42.

s.l., [23.XI.1543].

*Henricus Storch, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
de bobus ex Regno sine telonei solutione expellendis.  
(Germanice)  
Sine sigillo.  
H B A, B 3, K.437.*

# 1544

N. 43.

Wąsosz, 11.II.1544.

*Proconsul et consules oppidi Wąsosz  
universis*

*de querela, a nobili Ioanne Brzózka, dicto Skierka, facta contra balneatorem oppidi Wąsosz, Christophorum.*

*(Schedula: testimonium vicarii ecclesiae Biecensis in eadem re)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

Nos, Proconsul unha <sup>z)</sup> cum Consulibus oppidi Vasoschensis, universis et singulis christiffidelibus <sup>z)</sup> salutem et omnimodam observacionem, presentes litteras inspecturis, audituris et lecturis.

Quibus expedit tenore presencium recognoscimus, fidele testimonium veritati perhibendo, quomodo coram nobis constitutus personaliter discretus Cristopherus, balneator advocati de nostro oppido Vasosche, non compulsus nec coactus, aut aliquo dolo seductus, sed utroque spiritu sanus existens recognovit, quia a nobili Iohanne Brzoska, dicto Skierka, de terra Illustrissimi Principis Prussiae, pro reparacione vulneris filii eius nomine Leonardi quinque sexagenas cum viginti grossis recepit, et quod apud eundem idem filius iacebat medium anni et octo septimanas, non in eius balneatoris victu, sed in patris sui victu.

Et tandem cum contingerat <sup>z)</sup> una causa eidem balneatori, et in eodem idem prefatus balneator ab eodem prefato Leonardo, filio prefati Iohannis Skierka, recessit, et sic nullus erat ad providendum prefatum Leonardum, ut ita cum hoc audivit pater eius, prefatus Iohannes Skierka, venit ad nos cum coniuge sua, querelam ponens coram nobis super eundem balneatorem, quod ab eius filio recessit et sic nullus est, qui provideret filium eius. Nos tandem audientes ista, admisimus ei filium eius, prefatum Leonardum, recipere. Et tantummodo solenniter protestante de hac sua iusticia presentes recognovimus. In quorum singulorum premissorum maius testimonium et cerciorem fidem sigillum nostri oppidi Vasoschensis presentibus est subimpressum. Datum in Vasosche, dominica Invocavit, anno Domini 1544.

<sup>z)</sup> sic in ms.



*Schedula adiuncta: Testimonium vicarii ecclesiae Bieczensis de eadem re.*

Anno Domini 1542 acta in domo istius nobilis Domini Iohannis Skierka, dum ego, vicarius Ecclesiae Byeczensis, nomine Nicolaus, fui cum confessione et sacra communione filium eius visitans, nomine Leonardum, tunc ista horisacio <sup>z)</sup> facta fuit, peracta confessione et sacra communione, cum isto homine nomine Petro Kothowski, <sup>a)</sup> ut deberet ei mereri filium eius pro sexagena grossorum. Et tunc temporis dedit ei decem grossos coram persona mea, et recognoverunt coram mea persona, quod ei ante dederat 2 grossos. Et ego rogaturus fui eundem medicum, ut staret in hac sexagena, sed ipse medicus volebat duas sexagenas. Ubi iste medicus propter Deum hoc fecit, quod in sexagena stetit.

z) sic in ms.

a) sequitur expunctum: ut

N. 44.

Cracoviae, 26.V.1544.

*Hieronymus Kruegel*

*Alberto in Prussia duci*

*exhibitorum litterarum, in numero servitorum ducis reputari cupientem, commendat.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

# 1545

N. 45.

Posnaniae, 22.IV.1545.

*Albertus Ioseph, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
queritur de Francisco Richter, cive Posnaniensi, subdito ducis, qui ei sum-  
mam pecuniae debitam persolvere recusat.  
(Adest versio germanica).  
Sine sigillo.  
H B A, B 3, K.437.*

N. 46.

Cracoviae, 10.VI.1545.

*Bernardus Woyewodka  
Alberto in Prussia duci  
de tardiore ad litteras responsione se excusat; Hieronymum Victorem,  
chalcographum, ad ducem mittit.  
Sigill.  
H B A, B 3, K.437.*

Salvam ac sospitem Celsitudinem Vestram, Princeps Clementissime, a Deo Optimo Maximo esse cupio.

Quod ad priores literas ad me datas non responderim Celsitudini Vestrae, absentia ab aedibus meis in causa fuit. Eram enim id temporis in Russiam gratia negotiationis profectus. Proinde <sup>a)</sup> enixe oro, ne Celsitudo Vestra vitio vertat hanc meam taciturnitatem. Nunc vero quod a me optavit Sublimitas Vestra, summo conatu et omni diligentia confectum dedi, nam Hieronimum Victorem, chalcographum <sup>2)</sup> diligentem, XVIIIII Maii ad Celsitudinem Vestram misi. Expedivissem alium longe commodioribus moribus stanniscribam, sed non erat ad manum, qui haberet adeo instructam officinam chalcographicam, atque is, licet sit aliquantulum submorsus, Celsitudo Vestra pro candore et innata humanitate boni consulet eius mores et eo pro suo arbitratu uti sciet.

Si quid possem meis obsequiis efficere praeterea, non gravabor id facere quam qui possum diligentissime, modo Sublimitas Vestra mandet et mea opera, quantumlibet tenui, uti pro suo arbitrio non dedignetur. Stanislaum Rapagelanum, mihi amicissimum, fatis concessisse <sup>2)</sup> vitamque

cum morte commutasse cum mihi Seclucianus scripsisset, adeo sum consternatus, quod vix potuerim hiscere, dolens, quod nostra expectatio tam cito evanuit. Sed nihil absque voluntate Dei fit, mittendae sunt lachrimae ac Christus precandus, ut animae defuncti velit esse propitius. Praeterea favori Celsitudinis Vestrae me humiliter commendo. Datum Cracoviae, X Iunii, anno restitutae salutis humano generi MDXLV.

Vestrae Celsitudinis  
deditissimus ex animo  
Bernhardus Woyewodka.

a) sequuntur duae litterae expunctae.

z) sic in ms.

N. 47.

Posnaniae, 4.IX.1545.

Consules Posnanienses  
Alberto in Prussia duci

viduam Ioannis Welcker (Velker), civis Posnaniensis, et liberos eius commendant, ut certa bona hereditaria in Ducatu Prussiae sita, a defuncto Paulo Welcker relicta, iure successionis obtinere possint; qua in re Andream Prothscholcz (Proth in N. sequenti) ad ducem mittunt.

Sigill.

H B A, B 3, K.437.

N. 48.

Balgae, 16.IX.1545.

Martinus Rentzell, capitaneus Balgensis,  
Alberto in Prussia duci

de bonis olim per Paulum Welcker ab Erhardo Queis, episcopo [Pomesaniensi], emptis et de pecunia pro eis debita non ex toto persoluta; de pecudibus eam ob causam, post mortem eiusdem Welcker, ab episcopo sequestratis.

(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.437.

N. 49.

Posnaniae, 11.XII.1545.

Albertus Ioseph, civis Posnaniensis,  
consiliarius Ducatus Prussiae

de pecunia sibi a Francisco Richter debita, iuxta contractum cum debitore initum, persolvenda.

(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.437.

*Communitas civitatis Międzyrzecz  
Alberto in Prussia duci*

*contra Iudaeos duci supplicant, quos vigore privilegiorum a Casimiro et  
Sigismundo regibus obtentorum ex eorum civitate eradicandos esse  
asserunt; de iniuriis sibi ab abbate Plessoviensi illatis queruntur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

Durchleüchtigher, hochgeborner furste, genedigher herre und herre etc. Wir armen gehorssamen des durchlauchtigisten groesmechtigisten fursten und hern, hern Sigismundi, koeniges zu Poelenn etc., unsers alleredigisten hern, haben zu E. F. G. noch wünschunge allergeruckselighen wülfardt und bereitwillighen diensten als unserem genedigisten hern und hern auch patrono in unseren anligenden beschwerlichen sachen zuflücht mith demutticklicher biethe, E. F. G. wollen unser einfeldiges süppliciren genedicklichen annhemen.

Dürchlauchtigher furste und genedigister herre und herre. Der durchlauchtigste furste und herre, herre Sigismundt, irhe ko. mt. hadt uns arme undersaissen der staidt Myedtszerzietz midt privilegiis vor funfundzwentzick vorfliessenen joeren ungeferlich, als die staidt in kriegesloeften vorterbeth, begnoidt, auf das kein Jüda (von welcher Jüden wegen wir armen gehorssamen der hoechberumpten ko. mt. groessere beschwerunghen, scheden, betruck von wegen ires wuchers teglich enthfangen und erleiden müchssten) bey unss wonen noch haussen solten, sunst wer die staidt ungebawet plieben. Alleine X polnische marck irer ko. mt. jerlich geben solden, aber irer ko. mt. heuptleuten des ko. haüses Myedtszerzietz.

Genedigister furste und herre. Sulche X polnische marck geben wir zweuefthick aus folgender ursache: denn noch läüth des privilegia Cazimiri, irer ko. mt. loeblichem gedechtnis und bestetighunge ko. mt. Sigismundi haben unsere vorfarten nicht meher denn XX prägische marck jerlichen zins aber geschoes gegeben. Nhu müchssen wir XL hungerische golthgulden, aber also vill muntze geben, nicht ane kleine beschwernis des armüts etc. Durchlauchtigher fürste und genedigister herre. Alzo werden unsere privilegia von den heüptleuten gebrachen und nicht gehalten.

Hoechgeborner furste. Uns, armen leuten, gescheen auch groesse unaussprechliche ungerechtigkeiten von dem wirdigen hern abte zu Plezow, welcher uns vorbeit auf ko. mt. heiden pawholtz zu den brucken und besserunghen der staidt zu hawen, das aüsgerbethe holtz gesplies nemen höth midt gewalth und frewell, dorzu die pferde aüsspendt wider alle privilegia ko. mt. und mandatt und auch commissiones der staidthelder und heuptleuthe bemelthes hauses Myedtszerzietz, wihewil denn sulchs auch alles bey irer ko. mt. in kürtz vorschinenen joeren geclaget haben.

Genedigher furste. Es hadt auch der abt zu Plezow auf ko. mt. grantze ein furbirck, Röegin genandt, aufgericht und gebäueth gemeiner staidt zu einem groessem schaden, denn auf derselbigen stelle hadt arm und reich irhe beholtzunge vor alders gehapt. Nhu thuedt der apt die heide vorbitten, als wer sihe sein und nicht ko. mt.

Derhalben biethen E. F. G., als unsern genedigsten hern, zu dem wir nehest Goethe in unsern anligenden noethe die hocheste zuflucht haben, E. F. G. wolde sich aus furstlicher genaden angebornen tugenden genedicklichen erzeghen, die belonunghe in der zukunfftigen werledt von Goethe im ewigen reich erwartende sein und bey ko. mt. vor unss, arme vortorbene lewthe in krigesloeften und auspuchungen bey unseren gegebenen und begnoethen privilegiis beider hoechberümbten ko. mt. Cazimiri und Sigismundi moechten erhaldden werden, also das die Juden, das betrickliche volck, moechte bey uns aüßerottet werden, dieweil wir XX polnische marck meher zinss und geschoes geben muchssen, den vor alders und also auch bey dem alten geschoes vorpleiben und berughen.

Auch das der abt zu Plezow aber seine nochkomlingen moechten uns<sup>a)</sup> lossen bey unsern privilegiis, mandatis und commissionibus, welche von ko. mt., unserem alleredigsten hern, den heuptmannen des ko. haüses Myedtszerietz befoelen werden (aber in wenigk nochgelebeth) berugen moechten. Wir wollen uns gernhe wihe die gehorsamhe und geschwoernhe in allen schuldigen und billichen sachen kegen unsere oberkait noch laüt unserer privilegiai halden und weisen lossen.

Durchlauchtigher, hochgeborner furste, genedigster herre und herre etc. Dieweile E. F. G. oigenscheinlich<sup>b)</sup> sieth, das die maure und thoerhewser auf der granitze erbawunghe und besserunghe sere von noethen sey, piethen wir, E. F. G. wollen sich genedicklich einlossen und bey ko. mt. behülflich sein, das die arme staidt eine beystewre bey irer ko. mt. erlangen moechte.

Godt der Allemechtighe Vater und Jesus Christus, unser Heilandt, wirdt E. F. G. sulche genedighunghe unss armen, troestlosen in unseren noethen zu erweisen genedick reichlich bezalen... Gegeben Dinstags noch Thomae 1545.

E. F. G.

ad pedes humiliterque subiecti Proconsules  
totaque communitas civitatis Myedtszetzietz.

a) *suprascriptum*.

b) *sequitur expunctum*: gesch.

N. 51.

*Cracoviae, 31.XII.1545.*

*Anna vidua, Iostus Ludovicus et Ioannes, filii Iosti Ludovici Decii, Ioannes Paczke et Stanislaus Aychler,  
Alberto in Prussia duci*

*de morte Iosti Ludovici Decii (Dietz) nuntiant et se in tutelam ducis commendant; in adiuncta schedula de vino ad usum aulae ducis ex Hungaria et Austria coemendo.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 52.

s.l., s.d. [XII.1545].

*Ioannes Kuncz, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
filiam adolescenti cuidam Vratislaviensi in matrimonium dare cupiens,  
subsidium pecuniarium a duce expetit.*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 53.

s.l., s.d. [1545].

*Andreas Proth, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
ex mandato castellani Posnaniensis [Andreae a Górká] et senatus civitatis  
Posnaniensis petit, ut nepotibus Pauli Welcker, in Hungaria defuncti,  
concedantur bona quaedam in districtu Preussenmark sita.  
(Germanice)*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.437.*

# 1546

N. 54.

Cracoviae, 10.II.1546.

*Ioannes Paczke, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
iuxta desiderium ducis, varii generis vina Regium Montem missa esse  
significat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.437.*

N. 55.

*s.l. [10.IV.1546?].*

*Casparus Rosenbamer, Hieronymus Rudt, Nicolaus Rosman, Casparus Stol-  
pensis, Laurentius Storch, mercatores Posnanienses,  
Alberto in Prussia duci  
in nundinis Lublinsibus a quodam Ambrosio Michowski variis iniuriis  
affecti, percussi, vulnerati et insultati, intercessionem ducis apud re-  
gem expetunt, ut eis damna resarciantur, ablata pecunia restituatur,  
libertas mercandi et negotiandi defendatur.*

*Sine sigillo.*

*(Versio? exemplar?)*

*H B A, B 3, K.437.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Etsi Illustrissimam Celsitudinem Vestram (gravioribus alioqui nego-  
tiis districtam) nostris querulis<sup>a)</sup> causis<sup>b)</sup> onerare non debebamus, imo  
merito nobis temperare, neque eandem hoc tempore<sup>c)</sup> molestiis obtundere,*

tamen summa nos cogit necessitas<sup>d)</sup> Illustrissimae Celsitudini Vestrae causam nostram, <sup>e)</sup> aut causam potius sane miserabilem,<sup>f)</sup> exponere, prorsus confidentes (id, quod vehementer etiam atque etiam submitte petimus) Illustrissimam Celsitudinem Vestram hoc negotii<sup>g)</sup> clementer considerationem nobisque sua auctoritate et intercessione praesto futuram. Causa autem nostra sic se habet:

Cum non ita pridem Lublini, quae Minoris Poloniae civitas est, mercium nostrarum, ut moris est, in publico mercatu vendendarum causa<sup>h)</sup> commoraremur ac in hospitio essemus, accidit ad XV Februarii bene vesperi, ut quidam ex equestri ordine nomine Ambrosius Michofsky, sex aut septem comitatus servitoribus, nocte iam profunda et intempesta, <sup>e)</sup> nescimus, quibus incitatus furiis,<sup>f)</sup> magno conatu et molimine per plateas urbis incederet, mortifera tela, gladios et bombardas secum gerens seque obviantibus ita ostendens, ut etiam vigiles, nocturnum eius urbis praesidium,<sup>i)</sup> semel atque iterum ipsius<sup>j)</sup> violentiam effugere necesse habuerint, quemadmodum illi<sup>k)</sup> ipsi vigiles coram Senatu Lublinensi confessi sunt.

Invenit deinde vigilem, qui ab alienigenis constitutus erat mercatoribus.<sup>l)</sup> Eum, cum multis prius verberibus affecisset, rogat, quo in diversorio Germani canes agerent. Hos enim adire, et quia homines<sup>m)</sup> sint, videre vellet. Venit tandem in nostrum hospitium, <sup>e)</sup> ubi nulla lacessitus iniuria,<sup>f)</sup> verbis atrocibus<sup>n)</sup> omnia nobis<sup>k)</sup> extrema minitabatur, contumeliose insultabat seque plane hostiliter<sup>o)</sup> et re et verbis exhibebat. Quae tamen maledicta omnia,<sup>p)</sup> execrationes et contumelias, silenda et mussitanda potius duximus, quam ut illi occasionem aliquid inceptandi aliud<sup>k)</sup> praerberemus.

Quin etiam cum mensae assideremus, produxit unus de servitoribus<sup>l)</sup> <sup>e)</sup> dicti Ambrosii<sup>f)</sup> bombardam, quam intensam<sup>s)</sup> et ad eiaculationem paratam hospiti nostro ostentabat, tanquam pectus ipsius transiaculaturus. Hospes autem<sup>k)</sup> nihildum regerens, in cubile<sup>l)</sup> aufugit ibique se abdidit. Neque hoc modo cessatum est, verum dictus Michowsky una cum servis suis saepissime gladios strinxit ac nos canes Germanicos appellavit. Abiens tandem omnes nos evocavit, lapidibus in fenestram proiciens. Nos vero in diversorio mansimus,<sup>u)</sup> cum nemo nostrum metu periculi egredi et<sup>v)</sup> in forum, ubi merces nostrae sitae erant, secure auderet procedere.

Elapso deinde modico temporis spatio, cum nemo amplius hostium<sup>w)</sup> appareret, nec etiam rediturum opinaremur quenquam,<sup>w)</sup> egressi de diversorio in forum ad merces nostras tuendas custodiendasve tendebamus. Quo quidem loci sepe nominatus Michowsky, ut primum nos progredi rimatus, ex insidiis nos aggressus est ac gladiatorio, vel hostili potius, animo ad nos affectans viam, strictis gladiis punctim caesimque, quantum potest, in nos facit impetum ita sane,<sup>k)</sup> ut me, Casparum Stwlpensensem,<sup>f)</sup> gravi vulnere afflictum mancum effecerit. Ut autem hanc violentiam prae oculis vidimus, ineunda nobis necessario erat<sup>x)</sup> tuendi nostri et propulsandae violentiae iniustae ratio.

Itaque dum nos illis viriliter opponimus, duo, ut fit,<sup>y)</sup> vis ubi vi repellitur, ex illorum numero vicissim<sup>w)</sup> vulnerati sunt.<sup>aa)</sup> Qua de causa



apud Senatum Lublinensem graviter accusati sumus. Nemo <sup>ab)</sup> vero quisquam nostrum ad causae dictionem admissus est ullam, multo minus nostris summis et submissis praecibus obtinere potuimus, ut nobis in hoc negotio aequa pro mercede aliquis inserviret. Quin imo pro suae beneplacito voluntatis iniquissime nobiscum egerunt, nosque contra morem et consuetudinem omnium iurium a iudicio civitatis Lublinensis (ubi primum <sup>ac)</sup> accusati fuimus), indicta causa ac citra sententiam ullam promulgatam, ad iudicium terrestre (ubi accusatores nostri et adversa pars iudicis loco fuerunt deque nobis sententiam tulerunt) remiserunt ac delegarunt.

Quo quidem in iudicio gravis sententia lata est ac tandem res eo deducta, ut duo ex <sup>ad)</sup> numero nostro iureiurando obstringerentur fideique dare cogerentur, <sup>w)</sup> quo se ad festum Pentecostes proxime futurum sisterent et quinque hebdomadas continuas vinculis tenendos se Lublini praesto statuere <sup>ac)</sup> vellent. <sup>af)</sup> <sup>ag)</sup> Neque hac poena contenti satis, quin <sup>ah)</sup> insuper etiam ducentos florenos mulctae nomine a nobis exegerunt. Quam <sup>ai)</sup> autem iustum hoc sit, <sup>aj)</sup> nos unicuique aequitatis amanti pensandum relinquimus. Nobis certo ingens inde exoritur incommodum resque familiaris nostra non una parte in discrimen adducitur gravique damno afficitur.

Id quod Illustrissimae Celsitudini Vestrae, tanquam prudentissimo et excellentissimo Principi, <sup>ak)</sup> omnibusque hominibus aequum videntibus iudicandum committimus. Quoniam autem in hoc rerum statu atque summa nostra <sup>w)</sup> difficultate constituti, ad neminem alium (utpote in Regno Poloniae ignoti), <sup>al)</sup> a quo spem, consilium et auxilium expeteremus, quam ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram confugere licuit, quam equidem multorum relatu comperimus miserorum casibus et infortuniis singulariter affici eosque clementer ac benigne sua autoritate, <sup>am)</sup> quemadmodum iustitiae amantem decet Principem, promovere solere, quapropter facere non potuimus, quin Illustrissimae Celsitudini Vestrae isthac supplicatione gravamina nostra exponeremus, vehementer, officiose ac submissee petentes, Illustrissima Celsitudo Vestra supracommemorata omnia clementer considerare, <sup>an)</sup> nosque tum ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum et omnium clementissimum, <sup>ao)</sup> tum ad Palatinum Sandomiriensem <sup>1)</sup> ac Lublinensem <sup>2)</sup> commendare dignetur, necnon ad <sup>ap)</sup> Magnificum Dominum Castellatum Posnaniensem <sup>ar)</sup> <sup>3)</sup> nostro nomine intercedere, <sup>as)</sup> ut Sua Magnificentia, tanquam inclyti Poloniae Regni non postremus, <sup>at)</sup> nos miseros ac destitutos ad eandem Sacram Regiam Maiestatem ac Lublinensem Palatinum sua autoritate promovere velit, ut inprimis iniusto illo iuramento, quo obstricti sumus, liberemur et pecuniam, quae mulctae nomine nobis <sup>au)</sup> indigne extorta est, recuperemus, tum etiam, ut sine gravioris periculi metu hinc inde commeare et, ut antea consuevimus, negotiationem nostram <sup>av)</sup> pacifice, libere <sup>w)</sup> ac sine impedimento exercere possimus atque ab omni iniusta vi defendamur protegaturque. Id nos erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram, pro modo facultatum nostra-

rum, omni offitii<sup>aw)</sup> promptitudine ac grata animorum recordatione quovis tempore promereri conabimur.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
offitiosi ac dediti  
Caspar Rosenbamer  
Hieronimus Rudt  
Nicolaus Rosman  
Casparus Stolpensis  
Laurentius Storch.

- |  |   |
|--|---|
| a) sequitur verbum expunctum.            | z) sic in ms.                               |
| b) sequuntur duo verba expuncta.         | aa) sequuntur duo verba expuncta.           |
underthenigster getreuer

Alexander Impressor.

1) *Paulus Speratus.*

N. 74.

*Cracoviae, 13.IX.1549*

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de vino duci procurando.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 75.

*Cracoviae, 3.X.1549.*

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
vinum et pergamenam mittit; alveum cyprium brevi se missurum nuntiat;  
pecuniam sibi mitti petit; pro carnibus ex venatione sibi missis gra-  
tias agit (in adiuncta schedula).  
(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.438.*

Cracoviae, 12.XI.1549.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
duos alveos cyprios, aurum et argentum Soldaviam mittit; adiungit ratio-  
nem expensarum factarum.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.438.*

Laus Deo.

Nach erbittung meiner gantz willigen und unterthenigsten diensten bevhor, durchlauchtigster furst und mein gnedigster herr, wunsch ich E. F. D. von Gott, dem Herren, langwerige gesuntheit und gluckselige regirung etc.

Nachdem und mir E. F. D. bevholen hett zwu kuperne wannen zu bestellen, so zeigk ich E. F. D. underteniglich ahn, das ichs bestellet hab, sulche wannen wgen 11 lp; kost der stein 3 gulden und aufs verzinnen hab ich dem kuperschmit mussen geben 2 fl. Kosten die wannen hie zu Krakaw ..... fl. 35 gr.

So hab ich die wannen kein Warsscha ahn den herrn Graliewsky, ko. mt. saltzschreiber, geschickt und in gebethen, das ehr, wo muglich, kein Soldaw ubersenden wolt. Wo nicht, das ers bey sich liegen lis bys auf E. D. schreiben und bevehl. So kost das furlon bis kein Warschaw 40 gr. Was den machtyer belanget, do weis der her Kodritz wol, das ich hy keynen hob konnen bekommen, der mitelmessigk leberfarbe wer. So hab ich zu Lublin befallen, mit vleisch darnach zu sehen, und so man in do bekompt, sol man in gerichts nach Soldaw verschaffen. So schick ich E. F. D. bey her Kodritz 35 pargamenheut. Hat mir eine in kauf geben, hab im die 34 heut mussen zalen zu 9 gr. tut ..... fl. 10 gr. 6  
Die vorigen 22 heut kosten ..... fl. 6 gr. 18  
Wie E. F. D. ahn mich hat schreiben lassen umb 7 lb. golt und dergleichen silber, so geruch E. F. D. zw wissen, das ich nit mehr als 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub> lb. silber hab krigt. Die schick E. F. D. bey hern Kodrytz sampt dem golde. Wolt Got, das es nach E. F. D. willen wer. So kosten die 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub> lb. golt zu fl. 13 ..... tut fl. 84 gr. 15

Item 4 lb. silber des kleinern zu fl. 12 gr. 15, thut fl. .... 50 gr. —.  
Item 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> lb. silber des gröbern zu fl. 11 gr. 15. thut fl. .... 28 gr. 22<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.  
Wirt Sein Ewer Genad mehr bedorfen, wil ichs hernach verschaffen etc.

So ist der her Wolff Kodritz zu mir kein Kraka ankommen ahm 13 Septembris und bey mir gevest 60 tage. Rechen ich den tagk neben dem andern vor zerung mit den gesten, die den hern besucht haben, einen thaler. Deucht mich nicht viel sein, den alle dingk bey uns teure seint, thut 60 taler, thut ..... fl. 70 gr. —.  
Item so seint uber die zeit austruncken 94 topf wein, 1 topf per 8 gr. .... thut fl. 25 gr. —.  
Item vor rosfutter und habern ..... thut fl. 18 gr. 16.  
Also macht dis alles, das ich vor E. F. D. ausgelegt habe zu 30 gr. lauth ..... fl. 329 gr. 27<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

Item dem hern Wolff Kodritz auf den wegk begen zu 30 gr. thut fl. 50 gr. —.  
Thut dis alles in summa ..... fl. 379 gr. 29½.  
So gehet ahn der summa abe, das mir der her Asswerus Brant zu Kraka  
geben hat und sulchs gelt schon <sup>a)</sup> kein Dantzken der her Hans Nimptsch  
vorschaffet hott, thut lauten ..... fl. 47 gr. 15.  
Also bleibet mir, E. F. D. an dieser post ..... fl. 332 gr. 12½.

So ist nu mein undertenigts bitt ahn E. F. D. das mir solch gelt und  
was ich nach vor wein auslegen werde, an muntz erleget wurde.

Den, wie mir E. F. D. geschriben hat, das E. F. D. dem hern Hans  
Nimptschen bevholen hatt die 400 fl. an muntz gen Dantzke oder Thornn  
zu bestellen, so hat vielleicht her Hans Nimptsche E. F. D. schreiben  
nicht wol verstanden, den ehr mir schreibt, das ers ahn thalern und  
golt wolt entrichten. Das mir schaden brecht, den man nur mit polni-  
schem gelde bas einkaufen kan zu Dantzke, denn mit talern und golde etc.

Was die wein belanget, man saget, sie werden zimlich gut sein, aber  
wenig und derhalben teur. Ich wil fleis haben, damit ich E. F. D. offs  
erst es muglich ist, die besten ich haben kan, hinab vorschaffen... Datum  
Kraka den 12 Novembris anno 1549.

E. F. D.

unterteniger diner

b) Hans Wunsam c)

a) sequitur expunctum: der

b)-c) manu propria.

N. 77.

Cracoviae, 12.XII.1549.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*post festa Nativitatis vinum se duci missurum nuntiat; litteras ducis*

*Stanislao Bojanowski Posnaniam a se transmissas esse significat.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 78.

Cracoviae, 12.XII.1549.

*Hieronymus Kruegel, civis Cracoviensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de hereditate, a defuncto Iosto Schilling relicta, ob debita sequestrata.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 79.

Cracoviae, 15.XII.1549.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de responso per « illustrem dominum » suum [Andream a Górká] a rege accepto se duces edocturum esse nuntiat.*

*3 sigilla identica.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Ex litteris Lodoviti Montii facile perspexi, qualis sit rerum status et conditio hisce temporibus. Ac video concurrere in toto terrarum orbe omnia mala, quibus Deus solet derivare ingentem iram suam erga genus humanum, quae etiam Regnum nostrum, proh dolor, sunt exceptura, nisi Deus respiscencia provocatus cohibuerit indignacionem suam et redegerit omnia in melius. Ego non solum enixe, verum etiam obedienter confitiam mandata Vestrae Illustrissimae Dominationis et dabo operam, ut quid responsi Illustris Dominus meus abs Sacra Regia Maestate retulerit, Vestra Illustrissima Dominatio primo quoque tempore cercior fiat.

Dominus Deus Vestram Illustrissimam Dominationem diutissime salvam et florentissimam tueatur Ecclesiae, Reipublicae et ingruentibus tumultibus sedandis. Datum in diversorio, dominica, in qua Ioannes confessus est se non esse Christum, anno 1549.

Humillimus servitor

Eustathius Trepka subscripsit.

Quae in Lodoviti litteris legi, ea memoriae mandavi curaboque ad Illustrissimam Dominationem Vestram perscribenda.

N. 80.

Cracoviae, 16.XII.1549.

*Erasmus Aychler, civis Cracoviensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*mittit aliquot pannos sericeos, per Franciscum Toffi, Florentinum, allatos, ut dux eos inspiciat et, si placuerint, emat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Durchleychter etc.*

Diss priefs zeyger, Francz Toffy, der hern Thorisanynschen diner von Florenz, zeucht zw E. F. G. mitt etlichen schönen gulden tuchen und seydenwharen, dieselben E. F. G. zw zeygen, und wov E. F. G. was alda gefellig seyn wyr, soll ehr des kaufs gegen E. F. G. sich in aller gebur halten.

Pitt derwegen E. F. G. als meynen genedigen hern, E. F. G. wolle yn



genediglichen annemen und seyn genediger her seyn... Geben Crocaw den  
16 tag Decembris anno 1549.

E. F. G.

ganz unterdeniger diener

Erasmus Aychler  
burger zw Crocaw.

N. 81.

Cracoviae, 31.XII.1549.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
vina mittit; solutionem in moneta polonica vel pruthenica, non in talleris, postulat.*

*(Schedula)*

*Sigill.*

*(Annexum: ex litterarum Benedicti Roye ad Wunsam, de 14.XII., de damnis ex solutione in talleris proficiscentibus)*

*(Germanice)*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 82.

Posnaniae, s.d. 1549.

*Iacobus Kuchler, iuniorum comitum a Gôrka praeceptor,  
Balthasari Gans, secretario ducis Alberti,  
de civitate Cervini Montis (Hirschberg, Jelenia Góra) incendio deleta nuntiat; propter maiorem aetatem pupillorum suorum rogat, ut ei aliquod officium in Ducatu Prussiae concedatur.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

# 1550

N. 83.

Cracoviae, 8.I.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de vinis Regium Montem 23.XII.1549. et 1.I.1550. missis.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 84.

Posnaniae, 29.I.1550.

*Iacobus Kuchler, iuniorum comitum a Górká praeceptor,  
Balthasari Gans, secretario ducis Alberti,  
occasione nuptiarum ducis Alberti mittit carmen gratulatorium (deest)  
et rogat, ut a doctore Georgio Sabino legatur et corrigatur; nuntiat  
de marchione Brandenburgensi et aliis principibus a castellano Posna-  
niensi [Andrea a Górká] optime exceptis.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 85.

Cracoviae, 4.II.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
pecuniam sibi debitam Gedanum mitti petit; pro carnibus ex venatione  
sibi missis gratias agit.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 86.

Cracoviae, 25.III.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de pecunia sibi debita nondum a se recepta significat et rogat, ut sine  
mora Gedanum mittatur.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 87.

Lomzae, 29.III.1550.

*Proconsul et consules Lomzenses  
Alberto in Prussia duci  
a duce de iustitia facienda admoniti, respondent se semper et cuique, non  
solum subditis ducis, iustitiam facere.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Actepimus litteras Vestrae Illustrissimae Dominationis, per plenipotentem Dominorum Capitaneorum Stradunensis et Liecensis oblatas. Quibus Vestra Illustrissima Dominatio pro iusticie administratione nos adhortare<sup>z)</sup> clementer dignata est. Nos equidem, Illustrissime Princeps, non tantum subditis Vestrae Illustritatis, verum et unicuique absque quovis stimulo adhortacionis iusticiam deificam et indilatam, secundum iuris sui formam, semper facimus.

Etiam prefatis Dominis Capitaneis, subditis Vestrae Illustrissimae Dominationis, eam iusticiam, que ex nobis esse debuit, cum ipsorum parte adversa fecimus. Quia decrevimus Domino Iudici Lomzensi summam debiti ipsorum infra duas septimanas solvere de bonis Iacobi Bielonka. Quamvis ipsi Domini Capitanei priorem possessionem<sup>z)</sup> bonorum prefatorum habuerunt, sed cittati de eisdem bonis non paruerunt iuri, primo,<sup>z)</sup> secundo<sup>z)</sup> et tercio<sup>z)</sup> vicibus. Dominus vero Iudex, ut pars actorea, diligencias faciebat, prout et fecit ac perducta omnia iuris obtinuit. Et ita quamvis possessionem ipsi Capitanei ammisserunt, tamen debitum suum ammittere non potuerunt neque ammisserunt. Et cum his Vestram Illustrissimam Dominationem optime et diu valere cupimus ex animo. Eiusdem gratiae nos et servicia sua humilime commendamus. Datum Lomze, sabatino die ante dominicam Palmarum, anno a Christo nato MDL.

Vestrae Illustrissimae Dominationis  
Proconsul et Consules civitatis regiae Lomza  
deditissimi semper.

<sup>z)</sup> sic in ms.

N. 88.

Cracoviae, 19.V.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de modo persolvendi debiti, per aulicum regium [Stanislaum Cikowski]  
cum duce contracti.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 89.

Cracoviae, 5.VIII.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
in negotio debiti a Stanislaio Cikowski (in ms. Zykojfsky) duci persolvendi  
nullum adhuc responsum se accepisse nuntiat, dum Cikowski dictum  
debitum iam ad festum s. Ioannis persolverat.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 90.

Cracoviae, 28.XI.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de debito Stanislaio Cikowski persoluto et de pecunia ex eo obtenta ad res  
duci coemendas destinata; de pretiis vini auctis et de teloneis a rege  
Romanorum constitutis.  
(Schedula adiuncta de vinis ad usum ducis coemendis)  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

N. 91.

Cracoviae, 23.XII.1550.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de vino et lignis fraxineis duci mittendis; de epistola ducis ad Florianum  
Kniespeck Pragam transmittenda.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.438.*

# 1551

N. 92.

Cracoviae, 17.II.1551.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
vinum Graecum ad usum ducis Leopoli se esse empturum nuntiat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 93.

Cracoviae, 10.IV.1551.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de vino ob viarum incommoditatem a duce nondum accepto dolet.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 94.

Cracoviae, 11.V.1551.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
vinum ad usum ducis eiusque marsalci autumnali tempore se esse missu-  
rum significat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 95.

Cracoviae, 17.VI.1551.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de suppellectili Francisci Stancari Pinczovia Regium Montem missa; de  
seminibus a se acceptis; de vino duci mittendo.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 96.

Cracoviae, 24.VI.[1551].

*Christophorus Schilling, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
litteras ducis ad Stanislaum Bojanowski datas, qui cum rege in Lithua-  
niam profectus sit, transmissurum se esse nuntiat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 97.

Vilnae, 9.XI.1551.

*Petrus Royzius Maureus  
Alberto in Prussia duci  
de duce Albae ex Hispania in Italiam navigante; de Ferdinando Gonzaga;  
de urbe Tripoli a Turcis capta; de gestis Turcarum in Pannonia.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Post commendatum etiam atque etiam Illustrissimae Dominationi Vestrae fratrem meum et meam pariter servitutem, haec habeo rerum novarum, quae Celsitudini Vestrae perscribam.

Dux Albae dicitur ex Hispania cum magnis copiis in Italiam navigare. Cuius profectioe cognita, Ferdinandus Gonzaga, Caesareus rerum Italicarum praefectus, ne illius adventu eius angustetur praefectura metuens, valetudinem fingere memoratur, ut cessantis potius<sup>a)</sup> quam res gerentis alius imperium occupet. Perlatum quoque est Tripolim, urbem ad littus Aphricanum positam, Gallorum quorundam equitum Rhodiensium prodicione in Turcarum potestatem venisse, idque Henrico Francorum Rege

autore factum creditur. Illud postremo accepimus octuaginta milia Turcarum in Pannoniam venisse, multisque arcibus captis, et in iis Lipam, expugnasse nuper Themispharium urbem, quam quatuor milia Hispanorum tenebant. Unde pulsus in arcem, loci natura et operibus munitam, se receperunt, victoria Turcis non incruenta relicta, quippe quorum quinque milia desiderata feruntur. Obsident itaque Themispharii arcem Turcae.

Qua re cognita, Romanorum Rex auxilia mittere obsessis scribitur: Germanorum decem, Ungarorum viginti milia.

Haec de rebus exteris nova perscribere Illustrissimae Dominationi Vestrae in praesentia possum. Quam oro, clementer aequoque animo hoc studium meum suscipere dignetur et mihi, si quid in me est, pro iure suo Illustrissima Dominatio Vestra imperet, expertura hominem obsequentissimum sibi et fidelem. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram quam diutissime servet incolumem et foelicem. Datum Vilnae, Nonis Novembribus, anno post Christum Servatorem natum primo et quinquagesimo supra millesimum et quingentesimum.

b) Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
servitor humillimus  
Petrus Royzius Maureus, Iuris Utriusque  
Doctor Hispanus.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

N. 98.

Vilnae, 19.XII.[1551].

*Petrus Royzius Maureus  
Alberto in Prussia duci  
nova ex Italia et Hungaria.*

*(Annexum: Fragmentum litterarum I. B. Castaldi, ex Lipa 1.XI.1551)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Varia perferuntur tum ex Italia, tum etiam ex Ungaria, quorum magis magna ex parte rumor, ut assolet, anceps, quam fama est. Ut vero inde incipiam, Regia Romanorum Maiestas dicitur misisse Martinum Gusmanum, Sacri Cubiculi Praefectum, nurui<sup>1)</sup> obviam, quae cum viro suo, Maximiliano Bohemiae Rege, appulisse in Liguriam fertur. Philippus frater in Hispania iam dudum est. Cuius arbitrato Pontifex<sup>2)</sup> quinque Cardinales, quos creare statuit, designare vult, eo videlicet consilio, ut honor tanti beneficii Principi Hispaniarum ipsi accepto feratur.

Frater Georgius Episcopus Varadinus,<sup>3)</sup> Martius ille Monachus, in eum Cardinalium numerum proxime cooptatus est, et recte quidem bellator Papa bellatorem elegit Cardinalem. Interea Cardinalis Farnesius in Gallias properans, iussus est a Pontifice, ne agro Florentino, ubi tum erat, decedat, nisi honore malit et sacerdotio carere.

Mirandula, quam oppugnat Sanctissimus ac iam dudum obsidione cinctam tenet, in ditionem eius ipsius Sanctissimi venisset, nisi aquarum inundacione submotus longius exercitus commeatum recipiendorum fe-

cisset potestatem. Conseri interea inter Mirandulanos et pontificios levia proelia, aequo saepe Marte et communi utriusque factionis iactura.

Bononia, Musarum olim domicilium, quod in Pontificis ditio est, Martis coepit egere ope. Missus est enim eo a Pontifice miles, qui sit in praesidiis. Ex Appulia accepimus classem Turcicam divisam, partem itaque eius Constantinopolim discessisse, partem in Lepanto, nomen est portus vulgo ita appellati, hibernare. Miles caesarianus ad pedem montium coepisse Cassanum<sup>4)</sup> oppidum scribitur.<sup>a)</sup> In qua victoria adeo saevisse miles Germanus dicitur, ut nullus oppidanorum ei caedi superstes reliquus fuerit.

Haec variis authoribus sunt huc allata, et alia pleraque, quae sua levitate fidem amittunt. Quam ob rem Dominationem Vestram Illustrissimam pluribus non onerabo. Placuit post haec literarum Ioannis Baptistae Castaldi exemplum mittere, unde Illustrissima Dominatio Vestra, quae nunc gerantur in Ungaria, cognoscere potest. Cui me humillime commendo et supplico, solito me prosequi favore dignetur. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram quam diutissime servet incolumen atque felicem. Datum Vilnae, XIII Kalendas Ianuarias.

b) Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
servitor  
Petrus Royzius Maureus, Hispanus Doctor.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

1) *Maria f. Caroli V.*

2) *Iulius III.*

3) *Utišenović alias Martinuzzi.*

4) *Cassano d'Adda.*

*Annexum: Ex litteris Ioannis Baptistae Castaldi.*

Nova deliberata ab obsidione Themezwar et recepta Lipa caesisque aliquot millibus Turcarum, ex Lippa 1 Novembris.

Ad Reginalem Maiestatem<sup>1)</sup> Casovia scripsit haec nova Dominus Capitaneus Generalis Regiae Maiestatis, Ioannes Baptista de Castaldo, manu propria.

Cum certo sciam Maiestatem Vestram Serenissimam rebus nunc prospere gestis ac bonis totius Reipublicae Christianae favere, de parta victoria ac civitate Lipensi volui Maiestatem Vestram reddere certiolem, quo particeps rerum novarum letius agat.

Primum igitur nos ante tempus constitutum ac mature suppetias Themeswariensibus tulisse certo intelligat. In ea quoque obsidione cecidisse quinque millia Turcarum, iacturam quoque haud contemnendam eum ibi accepisse. Liberato Themeswar, eodem momento Lippam obsidione strinximus ac tertio die expugnativimus, interfectis mille et quingentis Turcis, ac Ulimanum, Praefectum Bassam, cum potioribus mox castro inclusimus, ubi nunc a nobis perstringitur ac strenue concutitur.

Speramus postridie vi aut pactis ad manus nostras venturum illum cum omnibus suis. Est castrum iam iam semirutum et nullius momenti. Intelligimus Beglerbekum octo milliaribus tantum a nobis distare, illum quoque decrevisse Ulimanum suum eliberare. Sed nos praemisimus aliquot millia equitum cum peditibus selectis, ut speculentur copias ac preliis incipiant urgere. Diis faventibus, et illum quoque profligabimus. Habemus enim militum honorum decem millia et quinquaginta, bombardas minores trecentas. Datum ex Lippa, 1 Novembris, anno Domini MDLI.

1) *Isabella.*



Cracoviae, 19.XII.1551.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci*

*ob auri et argenti inopiam ea duci mittere se non posse significat; gaudet  
de Asmussio Preuss Cracoviam misso, qui omnia duci fusius referet;  
se ipsum ex aegritudine nondum convalescere et febri laborare nuntiat:  
una cum dicto Preuss vinum se duci empturum promittit.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K 438.*

Noch erbittung *etc.* Durchlauchtigster *etc.*

Off 8 Dezembris ist mir E. F. D. briff worden, dorin E. F. D. mir befallen hat, 12 h golt und 6 h silber einzukaffen *etc.*

So geruch E. F. D. genediglich zu vornemen, das off dy zeit weder golt noch silber hii zu bekumen ist, denn dyweil ko. mt., mein genedigster her, disen summer in Littenn gelegen ist, so fleist man sich hii nit off sulch ding; man furt es gemaniglich. Dem hoff noch, schick E. F. D. das golt wider im briff. Nu ist off 15 ditto E. F. D. unternanter Asmus Preus herkommen und mir von E. F. D. briff brocht, dorin E. F. D. begert, das er gefordert mecht werden und das ich E. F. D. ein kuffen 12 guten ungrisschen wein kaffen selt, muskatel und rainfal *etc.*

So geruch E. F. D. zu wissen, das an meinem fleis nit mangeln sol; ich wil gerne das meine thun. Ich sichs auch von herzen gerne, das E. F. D. den guten mann. Asmus Preussen, hergeschickt hatt; der wirdt sich nu alles erkundigen, wy es hii zuget. Ich bin sider Michaelis am fiber kranck gelegen. Kann noch nit zu kreften kumen; wil gleichwol das meine nit underlossen, was ich kann *etc.*

Das gelt, das bei mir ist, nemlich fl. 296 gr. 12<sup>1/2</sup>, wii ichs hernoch E. F. D. berechen wil bey Asmus Preus, das wil ich mit grossem danck erlegen. Wirt was mangeln, das wirt Asmus Preus erlegen, denn ich worlich nit bey gelt bin; ich handel auch nichtes mehr. Ich hab mein armut in landtgutter gelegt; wil also, ist es Gotes willen, des akerbaus leben; Gott vorley sein getlich genad dorzu. E. F. D. wolt auch genediglich vornemen, das ich, wen es vonneten wer,<sup>a)</sup> E. F. D. was einzukaffen, keinen wechsel hii auftreiben kann, den es den leuten ungelegen ist, das gelt zu Kunspergk zu entfangen. Hab sulchs E. F. D. unterneniglich nicht wellen bergen; ob es sich mit der zeit zutreff, das E. F. D. was befellen wurde einzukaffen, das etvan bei herr Schillingk nur oder wo es E. F. D. wolgefild gelt wer. So kan man als noch E. F. D. willen und beffel ausrichten an alle hindernus *etc.*

Dy wein, D. F., sint ein tail gut dis iar worden, aber wenigk; werden, sorg ich, off gros gelt kumen. Wolt Got, das Asmus Preus und ich neben im was mechten bekumen, das E. F. D. mechte zu gefallen sein *etc.* Datum Kraka den 19 Decembris im 1551 jar.

E. F. D.

unterneniger und williger diner

Hans Wunsam.

a) *superscriptum.*

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci*

*de difficultate in auro comparando; de vinis duci missis et de persolutione in moneta polonica vel in auro hungarico sibi pro eis facienda.  
(Cum schedula: de pecunia sibi a duce debita; de carnibus ex venatione sibi a duce missis)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

Noch erbittungk etc., Durchlauchtigster etc.

Ich hatt E. F. D. geschriben, es solt von hinen ainer... noch Danzken gezogen sein, also bleibt er noch hinderstelligk, der briff wirdt nu samt dem zugleich kumen. Dorin sagt ich E. F. D. an, das ich kein unczen golt off dis mol hii kan bekumen. Dorbei, das ich meins fleis neben Asmus Preus mit dem ainkaffen der wein nit sparen wil etc.

So geruch E. F. D. zu wissen, das wir vor E. D. kofft haben 8 kuffen weins, wolt Gott, das sy E. F. D. wolgefillen, 3 logel muskatel, 1 logel grekisschen wein, 3 lagel rainfall, 1 logel pineol. Das alles hab ich bezalt; doran bleibt mir E. F. D. schuldigk, wy dy rechnungk klar mitbringt, fl. 56 gr. 12½. Bit unterteniglich, E. F. D. wolt ernstlich befellen, das mir sulch gelt an polnischer muncz oder mit ungrischem golt zu 52½ gr. kein Kraka mecht vorschafft werden, denn ichs in Preussen nicht bedarf. Ich handel nit mehr, wii ich E. F. D. im forigen schreiben unterteniglich angezagt hab. Der Wolff Nimczs wirt es wol von Danzken her vorschaffen. So auch E. F. D. ein kuffe 4 von den haubtvein wol haben, so geruch E. F. D. gelt her vorschaffen. Ich wil mich befleissen, das ich was fordere bekumen mecht; aber sii wurden ehe mehr als weniger, den zu 40 fl. hii kosten... Datum Kraka den 28 Decembris im 1551 jar.

E. F. D.

unterteniger und williger diner

Hans Wunsam.

*Schedula: Ioannes Wunsam Balthasari Gans, secretario ducis Alberti.*

*Sigill.*

Dii genode Gottes samt allem guten befor. Gunstiger, liber herr Baltzer. Euer gesunthait und wolfart erfur ich gerne. Vor mich danck ich Gott etc.

Mein liber her Baltzer. Ich zag Euch guter manungk an, das ich vor 10 tagen geschriben hab an Euch und den Wolff Nimzen. Was das golt belanget, das kunt ich hy nit krigen. Der bot ist so lange hii bliben, dii briff kumen nu langsam. Ich schik meinem gnedigsten hern do ein klare rechnungk. Doran bleibt mir f. d. suldigk fl. 56 gr. 12. Ich bit, helft roten, das mir das gelt offs erst zugeschickt wurde; den, so es off hern Hans

Nimzen ausrichtungk kumt, so bekum ichs langsam. Den er mir vor zvaien  
jarn geschriben, mein genedigster her het mich mit 1 fas sueinen wilpret  
vorert, des ich mich sehr gefrait habe und mein freuntschaft dorzu ge-  
beten. Wo es aber bliben ist, khan ich nit wissen. Aber lost es bey Euch  
etc. Ich bit, wolt den hern Wolff von Kettritz das brifflein geben, er sol  
mir 20 fl. geben. Helft roten, das neben dem gelt her vorsaft wurde; bit  
ich fleissigk etc.

Ich wais Euch nichts sunderlichs neues zu sreiben. Allein der her  
Asmus Preus hat mit den Juden kuntschaft gemacht; sii hetten in schir  
beschniten. Got wais, wii er mit in ein end wirt nemen. Ich mus dorfon  
zien... Datum Kraka den 28 Decembris im 1551 jar.

Des Wolff Nimczen briff brecht mir auf.

E. W. alzeit  
Hans Wunsam.

# 1552

N. 101.

Gedani, 25.I.1552.

*Valentinus Backfarth, musicus regius,  
Alberto in Prussia duci  
pro beneficiis gratias agit; nomine Simonis Loitz (Laiss) mittit nova Au-  
gusta allata.*

*Vest. sigilli.*

*(Annerum: ex litteris Laurentii Fentzl, Augusta 27.XII.1551. - novitates  
ex Italia, Germania etc.)*

*H B A, B 3, K.438.*

Durchleychtigister etc.

Wie das ich mich stetz van hertzen meines gemits beflaiss van wegen der allergenendigisten wolthatt, die E. F. G. mir armen gesellen bewaiset hat etc., ist main demuttigiss bitten an mainen herrn wirt mit namen Simon Laiss gewesen, die neue zaitung, weliche im van Augspurg geschriben ist worden, abzuschreiben; weliche neue zaitung E. F. G. auf dem andern platt wirt finden etc.

Erhalt E. F. G. Gott <sup>a)</sup> durch saine barmhertzikhait mitsambt mainer allergenedigsten frawen und E. F. G. thochter in gesundt und wolfart. Amen. Geben zu Dantzken am 25 Januari anno 1552.

E. F. G.

unterthaniger gehorsamer diener

Valentus Bakfark  
po. ko. mt.  
musicus.

Jetzo schreibend disen brief, ist mainem herrn wiert ain ailend neue zaitung kumen, dass der hertzog Heinrich van Mekelenborch soll gestorben sein, aber der <sup>b)</sup>sider die <sup>c)</sup>new zaitung so ailend ist geschehen, spricht mainh[er] wirt nit fur gewiss; aber wen das ers durch ain ander schraiben eigentlich erfahren wirt, sol es fur E. F. G. nit verborgen sein, und er hatt mih gebetten, ich soll E. F. G. sein unterthanig gehorsam dienst <sup>d)</sup>durch die feder anbieten.

a) *suprascriptum.*

b)-c) *suprascriptum pro expuncto: die*

d) *sequitur expunctum: an*

*Annexum: Novitates ex Italia, Germania etc.*

Dis schraibt Lorentz Fentzl auss Augspurg den 27 Decemder:

Des babsts<sup>1)</sup> folckh vor Parma mit dem Frantzosen in Parma haben einen harten scharmitzl gethon und die pabstischen niderlag gelitthen haben. Der Frantzoss hatt aus Parma der statt hinwegklossen schon alle pfaffen und mynich sampt uberig waib und khinder und die stat wider gewaltig spaisen lassen. Vor Myrandula haben sie auch ain harthen scharmitzl gehalten, dardurch der hertzog von Ferrara<sup>2)</sup> fast profant dem Frantzosen zum besten in die stat bracht hatt und haben die keyserischen dismals nichts gewonen.

Der konig van Frankhraich<sup>3)</sup> ist in treflicher rustung. Die Schwaitzer haben im 36 fenlin khnecht zugesagt, 12 fenlin seint schon hinain und 24 fenlin sallen im Marzo folgen. Ehr der konig von Franckraich zeucht uber Piemundt auf Mailandt zu, wiewoll schraiben khumen, dass er selb aigner person sich an die grentz kegen Engelandt begeben, alda der konig von Engelandt<sup>4)</sup> aigner person zu im khumen sol, die hairadt mit sein des Frantzosen thochter<sup>5)</sup> und khonig von Engelandt zu beschliessen; in gewaltiger verbuntnus sain, wardurch abzunemen der Frantzoss dem khaiser, wie er sich auch schon erzaigt, hefftig zusetzen wirdt, darkegen sich der khaiser zu wasser und zu landt gewaltig rusten muss und sich im gleich, dass uffs konftig jar dermassen krieg kegen Italia und Niderlandt wirt ongohn, als fillaicht in vill und langen zaiten nicht gehort ist.

So ligen im landt zu Duringen in die 10 tausent knecht, haben ain herrn; hatt noch zur zait kain namen und wail der khaiser nicht wais, warauffs gehn soll, hatt er dem Wolff Heller, der konigin Maria pfenigmaister, sambt Hainrich Hass, sainer maiestet rath, hinain ins landt on<sup>2)</sup> margraff Albrecht gesandt. Der soll dieselben khnecht wider zustrewen und vanainander jagen, aber er wirdt zum margraff Albrecht, als zum rechten, komen, dan der ist ainer dieser khnecht haubt, wirdt mithelfen die pischoff und pfaffen zu schlagen; in summa, es lest sich ain selzam spil onsehen.

New zaitung vohn Ant[we]r[p]o, dass dem protector<sup>6)</sup> in Engelandt sampt draien herrn ain urtl gesprochen ist, dass sie hangen sollen von wegen, dass sy den konig von Engelandt haben bereden wollen, er solt sich mit dem kaiser verbinden; man acht aber, der konig werdt ims leben fristen und sain leben lang gefangen lassen setzen.

z) *sic in ms.*

1) *Iulius III.*

2) *Hercules Estensis.*

3) *Henricus II.*

4) *Eduardus VI.*

5) *Elisabeth.*

6) *Eduardus Seymour, dux de Somerset.*

N. 102.

Cracoviae, 8.X.1552

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci*

*doctori Paulo Crasso, Patavino, 20 florenos aureos, iuxta ducis mandatum, se esse missurum nuntiat; mittit librum eiusdem doctoris Pauli Crassi; pecuniae sibi debitae ducem admonet; certificationem scriptam sibi mitti petit nullam se pecuniam duci debere.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

N. 103.

Petricoviae, s.d. 1552.

*Petrus Royzius Maureus  
Alberto in Prussia duci*

*de falso rumore, iuxta quem milites Hispani in Hungaria fusi et trucidati essent; de triremibus ab imperatore in Hispaniam ad conducendum militem missis; de caesarianorum gestis in Italia; de oratore Polono, in Turciam misso, a Valachis capto.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.438.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quod rarius ad Illustrissimam Dominationem Vestram scribam, argumentum, non voluntas deest. Nam quae nova passim huc perferuntur, inania plerumque sunt atque commenticia. Quo fit, ut minus frequentes Illustrissima Dominatio Vestra a me literas accipiat. Dissipatum erat nuper vulgo militem Hispanum, qui in Hungaria est, a Turcis fusum atque trucidatum, Castaldumque ducem Cracoviam profugisse. Quo rumore nihil certius credebatur, qui tamen paulo post inter loquentium ora vanissimus apparuit.

In praesentia vero quod scribam, illud certum habeo. Caesarem quinquaginta triremes in Hispaniam ad conducendum militem proxime mississe. Caesariani, qui Parmam obsident, proeliis aliquot levibus factis, male sunt a Parmensibus mulctati, captumque eodem Marte est oppidum, in quo caesarianorum ingens erat commeatus.

De Mirandula nihil accepimus, quae strenue militi resistit. De Oratore Regis nostri, qui in Turciam missus erat, a Valachis capto,<sup>1)</sup> et quae caetera hic aguntur, cognoscet plenius Illustrissima Dominatio Vestra ex suis, nec ego longior ero, qui me fratremque meum Illustrissimae Dominationis Vestrae clementiae etiam atque etiam commendo. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam diutissime servet incolumem atque foelicem. Datum Pietrcoviae, anno post Christum natum secundo et quinquagesimo supra millesimum et quingentesimum.

a) Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus servitor

Petrus Royzius Maureus, Hispanus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Stanislaus Broniewski?*

# 1553

N. 104.

Cracoviae, 7.I.1553.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
una cum Ioanne Paczke vinum ad usum aulae ducis se coemisse signi-  
ficat; debitae sibi pecuniae persolutionem exposcit.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 105.

Cracoviae, 7.II.1553.

*Ioannes Paczke, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
de vino ad usum aulae ducis coempto et per Toruniam Regium Montem  
mittendo.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 106.

*s.l. [2.III.1553?].*

*Matthias Hein, civis Caunensis,  
Alberto in Prussia duci  
queritur de Ioanne Scheptz, mercatore Kneiphofjensi, qui ei ligna iuxta  
contractum suppeditanda non suppeditavit.  
(Germanice)*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 107.

Cracoviae, 13.IV.1553.

*Ioannes Wunsam, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
expetit restitutionem 15 florenorum, Asmussio Preuss, ducis nuntio, a se  
mutuo datorum, cum eum Iudaei in diversorium ingredi prohibuis-  
sent.*

*(Germanice)*

*Sigill. excisum.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 108.

Cracoviae, 3.IX.1553.

*Petrus Royzius Maureus  
Alberto in Prussia duci  
carmen de regiarum nuptiarum apparatu mittit; ob mortem matris in  
Hispaniam iturus rogat, ut dux fratri suo veniam secum proficiscendi  
concedat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae carmen <sup>a) \*)</sup> de regiarum nuptiarum apparatu, a me post Illustritatis Vestrae hinc discessum modo editum, cuius Illustrissima Celsitudo Vestra quoque pars est. Cupio Celsitudini Vestrae studium hoc meum atque operam, quod ad eandem attinet, probari. Eram prosequuturus pleniore stylo coronationem Reginae,<sup>1)</sup> sed interpellavit animi mei alacritatem repentinum de matris meae obitu ac tristissimum nuntium, quod me adegit, ut in Hispaniam equitandi ad moestos penates componendos facultatem a Rege meo, rebus meis ita <sup>a)</sup> exigentibus, petiverim. Quam clememter, necessitati praesenti hoc tribuens, mihi Regia Maiestas indulisit.

Idem ab Illustrissima Celsitudine Vestra fratri meo Martino cum bona gratia concedi supplex etiam atque etiam oro. Sine eo enim frustra me in Hispaniam iturum, propter diuturnam enim absentiam ignorari a me proximum rerum nostrarum statum, qui Martino fratri est notissimus. Porro quam gratiam Illustrissima Celsitudo Vestra fratri meo hactenus demonstravit, et iam discessuro ostendet. Si referre rediens ex Hispania non potero, gratissimo semper animo atque memori retinebo. Interim vero si quid est, quod in hoc meo Hispanico itinere sua me causa Celsitudo Vestra Illustrissima facere vult et imperare dignabitur, rem longe mihi faciet gratissimam. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam diutissime servet incolumem Reipublicae et suis.



Datum Cracoviae, III Nonas Septembris, anno post Christum natum tertio et quinquagesimo supra millesimum et quingentesimum.

b) Eidem Illustrissimae Celsitudini Vestrae  
deditissimus et humillimus servitor  
Petrus Royzius Maureus Hispanus,  
Iuris Utriusque Doctor.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*  
b)-c) *manu propria.*

1) *Catharina Austriaca.*  
\*) *carmen deest.*

N. 109.

Posnaniae, 17.IX.1553.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*gaudet, quod eum dux in numerum clientum et famulorum suorum asciscere voluit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Paucis verbis apud Vestram Illustrissimam Dominationem, gravissimis sapientibusque cogitationibus implicitam et magnis curis districtam, negotium meum expediam.

Integerrimus et nobilis vir Mathias Poley, Illustrium Dominorum Comitum a Gorca Cancellarius, Craccovia rediens, ea, quae illi abs Vestra Illustrissima Dominatione erant demandata, ad me pertulit docuitque, ut sive Regio Monti sive Posnaniae vitam degens, abs Vestra Illustrissima Dominatione compellatus, officia mea illi praestarem, id Vestram Illustrissimam Dominationem aequo animo fuisse laturam et permissuram. Etsi autem de eo non est meum praescribere quicquam neque statuere, sed tantum Vestre Illustrissime Dominationis imperantis iussa capessere, tamen hoc, quod est posterius, si per benignitatem Vestre Illustrissime Dominationis licebit, priori anteponendum et amplectendum duxi, nempe ut Posnaniae agam et appellatus praesto operam meam Vestrae Illustrissimae Dominationi deferam.

Profecto in magna foelicitatis parte pono me in numerum clientum et famulicium Vestrae Illustrissimae Dominationis ascribi, neque dubitaverim eam foelicitatem anteponeere illi, quam Regina Sabae praedicat in famulicio Regis Solomonis circumfuso circumstanteque eum et audiente sapientiam ipsius, ut qui certo sciam Vestram Illustrissimam Dominationem, quae me suis muneribus destinat, talem esse Principem, quo Christianus Orbis nihil habet prestancius, nihil sapiencius nihilque magis pium, cuius eciam lacte ac mamilla, ut Propheta inquit, magna pars Ecclesiae dispersae, senescentis et exulantis, lactatur et alitur.

Porro et illud in maximi beneficii locum refero actipioque, quod mihi abs Vestra Illustrissima Dominatione annuis pensionibus benigne liberalissimeque offertur, ac hoc nomine maiores Vestrae Illustrissimae Dominationi a me aguntur et habentur gratiae, quam ut comprehendi possint scribendo. Certe polliceor Vestrae Illustrissimae Dominationi fidem, stu-

dium et operam, summa cum alacritate coniunctam, in omni genere officii. Si vero aliquando aberravero et expectationi Vestrae Illustrissimae Dominationis per omnia non respondero, Vestra Illustrissima Dominatio cogitabit ac reputabit me hominem mille casibus et erroribus subiectum miseramque et imbecillitati obnoxiam Adae stirpem esse. Nunc vero iam voluntas mea obeundi mandata Vestrae Illustrissimae Dominationis in procinctu est, operiens, si quid Vestra Illustrissima Dominatio imperet prescribatque. Sed cum intelligam mihi sepius iter Regium Montem ultro citroque fore suscipiendum, idque non sine magna iactura pecuniae et stipendii annui, nisi mihi aliunde abs Vestra Illustrissima Dominatione prospicietur, summis precibus abs Vestra Illustrissima Dominatione contendo, ut mihi ad hos centum florenos corollarium viginti florenorum ex benignitate Vestrae Illustrissimae Dominationis actedat, quibus instructus et adiutus commode et citra rerum mearum iacturam discessum et reditum conficere queam. In maximam ac certissimam spem adducor Vestram Illustrissimam Dominationem id pro sua eximia benignitate et celeberrima ac vulgatissima apud omnes liberalitate non gravatim esse facturam.

Dominus Deus, Pater Servatoris et Redemptoris nostri Iesu Christi, qui dat salutem Regibus et qui Principes tuetur ac eorum consilia gubernat, Vestrae quoque Illustrissimae Dominationis propiciam curam agat eamque incolumem et florentissimam cum Ecclesiae suae, tum Reipublicae, conservet ac tueatur. Datum Posnaniae, 17 Septembris, anno Domini 1553.

a) Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
deditissimus servitor  
Eustathius Trepka.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 110.

Cracoviae, 22.X.1553.

*Stanislaus Plaza*

*Alberto in Prussia duci*

*rogat, ut dux causae suae commendationem apud regem renovet.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

# 1554

N. 111.

Cracoviae, 10.I.1554.

*Laurentius Plato*

*Alberto in Prussia duci*

*ducem tanquam refugium exsulum et profugorum laudibus extollit; coniugem doctoris Melchioris commendat; studia sua offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Etsi saepe Deus ingratitude mundi tanta severitate punire solet, ut sub ipsis etiam christianorum Imperatoribus pii nomenque Dei vere contentes plurimum tribulentur ac persecutiones patiantur maximas, pauperum et egenorum studiorumque ratio habeatur minima, interim tamen ex mera sua ac paterna misericordia idem Deus fidelis insignes aliquot heroes semper excitat, ut imbecilles consolarentur et refugium ad ipsos haberent, ne scintilla fidei apud electos omnino extingueretur. Nam ut de nostrae memoriae temporibus loquar, cum in multis Germaniae partibus ac tota Bohemia paucos ante annos pii multa iniqua pati cogerentur, nec diutius tyrannidem Imperatorum (cur enim non vera dicam?) sufferre possent, paucos Principes divinitus excitatos vidi, qui solatium his, auxilium et tutela fuere. Inter quos merito Illustrissima Celsitudo Tua partes obtinuit primas.

Quot enim ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam ex Bohemiae praecipue Regno confugerint, quosque quanta tum humanitate hospitio suscepit, haud verbis opus est. Testes sunt ipsi advenae, Illustrissimae Celsitudinis Tuae clementia adhuc gaudentes. Multi profecto, ni portum apud Illustrissimam Celsitudinem Tuam adeo tranquillum et tutum offendissent, ad ipsos se Christi forsitan et sacramentorum contemptores convertissent. Sic plurimi adhuc studiosi artiumque liberalium cupidi facile Musis renunciarent, ni Illustrissimae Celsitudinis Tuae liberalitatem experirentur. Cuius ipsemet exemplo sum maximo. Aut parentes meos plus iusto gravare, aut algere nimium coactus Cracoviae hic fuissem, ni copia sua Illustrissima Celsitudo Tua inopiam meam tempore nuptiarum Serenissimi Regis Poloniae sublevasset. Quod enim pristinae valetudini sum restitutus, Deo Optimo Maximo et Illustrissimae Celsitudini Tuae acceptum refero.

Ac cum maxime cupiam aliquo officii genere gratitudinem meam apud Illustrissimam Celsitudinem Tuam declarare, nihil mihi in mentem venit,

quo possim quot opto commodius perficere, nisi illud unicum, quod Illustrissimae Celsitudini Tuae omnium spero fore gratissimum. Faciam, ut dona haec et tantam liberalitatem grata recordatione et memoria celebri perpetuo colam, cum acceptis respondere nequeam, nisi hoc<sup>a)</sup> mihi tribuatur, de quo satis confido, ut gratiam retulisse, cum habuero, existimer. Eo enim ingenio eoque iudicio Illustrissimam Celsitudinem Tuam ornata esse intelligo, ut ab iis beneficium se accepisse iudicet, quos insigni alioqui beneficio ornaverit. Qua opinione recreatus non dubito, quin Illustrissima Celsitudo Tua hanc gratiarum actionem pro naturali sua clementia et dexteritate remunerationis loco sit habitura. Eademque fretus nec erubesco plura ab Illustrissima Celsitudine Tua petere.

Qua itaque reverentia et humilitate, qua pietate denique possum, obsecro, ut Illustrissima Celsitudo Tua eo, quo coepit, animo clari olim viri, Doctoris Melchioris, miseri nunc hominis, proh Deum vix hominis, coniugem viduamve, ut verius dicam, prosequi et aquae eiusdem amarae vinum porro admiscere, studia vero mea fratrumque meorum, quos summo labore domi adhuc parentes alunt, commendata sibi habere dignetur. Praecium vero, cum maiora et data iam sint et adhuc petantur, quam ut tenuis nostra et angusta suppellex solvendo esse possit, non a nobis, sed a Deo, bonorum omnium retributore, expectet. Quae in nobis sunt quaeque praestare possumus et debemus officia nostra sedula, debitam obedientiam et honores tanto Principe dignos iterum atque iterum offerimus, perpetuo in orationibus etiam nostris praecaturi Deum, ut gratiam suam paternam Illustrissimae Celsitudini Tuae largiri, eandem patriae et nobis omnibus diu salvam et incolumem relinquere, pacem bonumque Imperii statum concedere ac praemium vere confitentium nomen Christi, hic conscientiam tranquillam, illic aeterna gaudia dare velit. Quae ego summis votis opto et me iterum atque iterum Illustrissimae Celsitudini Tuae humiliter commendo. Datae Cracoviae, 4 Idus Ianuarii, anno 1554.

Illustrissimae Celsitudini Tuae addictissimus  
Laurentius Plato, Iohannis Platonis, civis  
Kneiphofiensis, filius.

a) hoc repetitur.

N. 112.

Przasnysz, 16.VII.1554.

*Lucas Umiński proconsul, Laurentius Darmoffal, Laurentius Rozanka et ceteri consules civitatis Przasnissiensis, consulibus civitatis Regiomontanae intercedunt pro Anna Bialowna, cive Przasnissiensi, cuius maritus, Ioannes Sowka, a quodam Andrea, sartore Regiomontano, in oppido Schoepenbeil (Sempopil) interfectus est.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

Spectabilis Famateque Senatus, Domini, Amici Vicinique nostri Charissimi, salutem plurimam et serviciorum nostrorum in gratiam Fidelitatum Vestrarum humilem commendacionem.

Exposuit coram officio nostro consulari presencium ostensor litte-

rarum, Anna Bialowna,<sup>a)</sup> flebili et gravi in querella, quomodo quidam concivis vestre civitatis Regiomontanis,<sup>z)</sup> Andreas sartor, a quodam casu infortunato<sup>z)</sup> maritum ipsius Ioannem, nuncupatum Sowka, concivem de Przasnisch,<sup>b)</sup> interemit in civitate dicta Sempopil in octava post festum Michaelis praeteriti, qui fecit de vivo mortuum pueris patrem, uxori maritum. Cuius pueri, Margaretha, Katherina et Iacobus, remanserunt in vivis et nunc extant. Cuius patris caput iure divino et humano in pueros spectat cedereque debet, peccitque humiliter nos pro litteris intercessoriis ad Senatum vestrum. Pro quibus pueris per presentes has nostras litteras humiliter rogamus, quatenus Senatus Dignitatum Vestrarum velit misereri is orffanis<sup>z)</sup> pueris iusticiamque indilatam cum eodem homicida, vicino vestro, administrare; rem pergratam in hoc nobis exhibituri. Deus Omnipotens retribuet vobis, si id gracia nostre humilime petitionis facturi. Credimus Fidelitates Vestras id factururas. Nos eiam in maioribus et in quibuscunque per Fidelitates Vestras fuerimus requisiti, semper offerimus nos paratos... Ex Przasnysch, feria secunda in crastino Divisionis Apostolorum, anno ab orbe redempto 1554.

Lucas Umysky Proconsul,  
Laurencius Darmoffal  
Laurencius Rozanka  
et ceteri Consules civitatis Przasnyssensis,  
amici et vicini semper desideratissimi  
subscripterunt.

a) in margine.

b) in ms. Przasch cum signo abbreviationis.

z) sic in ms.

N. 113.

Posnaniae, 18.IX.1554.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de controversiis religionis a duce sopitis gaudet; nuntiat de negotio religionis reformatae in Maiori Polonia ab omnibus fere proceribus nobilibusque contra episcopum promotum.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Ego, gracia Deo, salvus et incolumis ad meos rediens, beneficiisque Vestrae Illustrissimae Celsitudinis auctus, comperi hic omnia laudibus Vestrae Illustrissimae Celsitudinis personare, quod Vestra Illustrissima Celsitudo curam christiano et optimo Principe dignam suscipiens, summo studio propagandae gloriae Christi addicta, neque laboribus neque sumptibus parcens, controversias religionis, nescio quo malo fato isthic exortas et diu agitatas et odiis eiam actensas, ad consensum reducerit et petulantiam licenciamque concionatoribus in alios invehendi inhibuerit. Quod utinam sit constans, faustum ac perpetuum, omnes praecantur.

Nostri homines quoque, summi et medii, qui sunt ex numero eorum, qui studia sua Vestrae Illustrissimae Celsitudini probari cupiunt, pro

virili negotium religionis promovent. Hodie enim, cum quidam civium Posnaniensium ab Episcopo Posnaniensi a) 1) hereseos iniquae condemnati b) essent, ad iudicium, ut vocant, seculare reiecti iamque bonorum, existimacionis et capitis iacturam expectarent, frequenti concursu Comitum, c) Baronum, Senatorum Regni et multorum nobilium fere vi sunt erepti et in libertatem vindicati, multa in Episcopum et in sathanicissimum Carnalium ordinem liberrime dicta totaque res ad Comicia Maiora Regni delata. Praecipuas partes in hac causa tota tenebant Illustres Domini Comites a Gorka et a Ostrorog, deinde quattuor ex Senatu Regni, postremo magna Baronum et nobilium caterva, quum nemo denumerare poterat. Quae omnia d) Vestrae Illustrissimae Celsitudini alcuis ab hoc Generoso Domino, Melchiore Boemo, commemorabuntur, quam ut a me in temporis angustias coacto pro dignitate recenseri queant. Haec Vestrae Illustrissimae Celsitudini inculto calamo et stylo perscribere volui. Scio enim eam huiusmodi novis plurimum delectari.

Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem incolumem et florentissimam diutissime conservet, tueatur ac gubernet. Datum Posnae, XVIII Septembris, anno 1554.

Humillimus servus  
Eustathius Trepka.

a) sequuntur expuncta verba: essent ad iudicium

b) sequitur aliquod verbum expunctum.

c) sequitur expunctum verbum: Nobili

d) sequitur expunctum verbum: alcuis

1) Andreas Czarnkowski.

N. 114.

Posnae, 19.XII.1554.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*raedam cum equis mittit; de Hungaria peste et armis Turcicis afflictata et oppressa commemorat.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Aeternum Dominum Deum, Patrem Domini et Liberatoris nostri Iesu Christi, toto pectore rogo, ut conatus et studia Vestrae Illustrissimae Dominationis semper adiuvet, gubernet et provehat. Ac quicquid instituit, id in gloriam Dei et honorem Vestrae Illustrissimae Dominationis caedat, utque laborum et studiorum suorum hic uberrimos fructus percipiat, olim vero ea praemia referat, quae nec oculus vidit nec auris audivit.

Iam tandem ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem rheda cum equis abducitur, qua ut et integerrime et commodissime perferatur, ardentissimis votis opto. Hic autem, cui eius a) isthuc perducendae provincia demandata est, est Ioannes Czarlinsky Pruthenus, ex ordine iuniorum puerorum Illustris Domini Lucae.<sup>1)</sup>

Novis rebus nolo Vestram Illustrissimam Dominationem, severioribus rebus occupatam, onaerare. Scio enim a Domino Boianowsky Vestrae Illustrissimae Dominationi perscribi omnia, quae apud nos aguntur, praecipue vero de tumultibus Cracoviensibus et rixis ac pugna, quae inter Can-

cellarium Regni<sup>2)</sup> et Tesaurarium<sup>3)</sup> et alios Senatores commissa est. De qua et hic Czarlinsky Vestram Illustrissimam Celsitudinem cerciorem facere poterit.

Ungaria misera et peste affligitur et armis Turcicis praemittitur, iamque multis arcibus in finibus fere<sup>b)</sup> dicionis Regni nostri per prodicionem et per vim Turcicam spoliata est. Magna ibi trepidacio et maximus hominum ad arces municiores concursus. Nunc arce munita expugnata, magna vi auri et argenti potiti sunt et non contemnendum belli apparatus plurimasque bellicas machinas adepti. Iam Deus ab Ungaris idolomaniarum poenas expetit metuendumque est,<sup>c)</sup> ne et a nobis quoque propter verbi Dei contemptum et innumera alia flagicia summamque in Republica confusionem brevi repetat.

Dominus Deus Vestram Illustrissimam Dominationem incolumem et rebus omnibus florentissimam diu conservet ac tueatur. Datum Posnaniae, die Mercurii ante ferias Thomae, anno 1554.

Deditissimus servitor  
Eustathius Trepka.

a) *suprascriptum pro expuncto*: eum  
b) *sequitur expunctum*: dicionis  
c) *sequitur expunctum*: et

1) *Górka.*  
2) *Ioannes Ocieski.*  
3) *Spytek Jordan de Zakliczyn.*

N. 115.

s.l., s.d. 1554.

*Valentinus Backfarth, musicus regius,  
Alberto in Prussia duci*

*excusat se, quod tardius pro intercessione ad regem gratias agit; rogat,  
ut dux sibi mittat puerum paupere familia ortum, ingenio musicali  
praeditum, quem artem musicam docere possit.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

# 1555

N. 116.

Posnaniae, 13.II.1555.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*laudes Stanislai ab Ostrorog profert; nuntiat de futuris Comitibus Petri-  
covie celebrandis, de Stanislao Lutomirski ad « puriorem doctrinam »  
converso, de synodo (ecclesiarum reformatarum) celebranda.  
(Schedula autographa adiuncta)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Illustris Dominus Stanislaus Comes a Ostrorog, Castellanus Miedzirzensis, imposuit mihi curam et negocium hasce litteras ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem perferendi. Cui sine summo scelere non obtemperare non potui, cum propter praeclaras virtutes, quibus hic ante alios eminet, tum propter beneficia, quibus nos, qui hic quocumque modo puriorem doctrinam christianam promovere studemus, ornat et adficit. Ac ut primo quoque tempore ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem per proprium nuncium mitterentur, operam dedi. Hic est Illustris Dominus Ostrorog, qui summa et propensissima voluntate erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem fertur ac ducitur. Qui in omnibus caelebrioribus coetibus maximis laudibus Vestram Illustrissimam Celsitudinem depredicat et Principibus huius aetatis anteponit. Qui etiam, ubi ita res tulerit et exegerit, paratus est in gratiam Vestrae Illustrissimae Celsitudinis et facultates in discrimen adducere et sanguinem profundere, dignusque est, quem vicissim Vestra Illustrissima Celsitudo benevolentia ac benignitate sua complectatur.

Qui ad nos litteras ex aula mittunt, sperant Regiam Maiestatem post ferias Paschae Petricoviae Comicia esse habituram. Quae utinam nobis aliqua commoda pariant, quod hactenus nullis votis impetrare potuimus. Ac ego id sencio de Comiciis nostris, quod olim Gregorius Nazianzenus, Graecus scriptor, sensit de Episcoporum Synodis, quarum negat se unquam ullum bonum et optatum finem vidisse.

Apud nos, gratia Deo, quo plures et acriores doctrina christiana purior adversarios nanciscitur, eo assurgit alcius seque profert lacius dictumque Hilarii comprobatur, qui antea litteris prodidit: Ecclesiam persecutionibus augeri, non autem diminui. Ac hisce diebus sacerdos in clara familia natus et non postremum locum in Collegio Canonicorum tenens, Lutomirski



appellatus, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, Antichristo eiusque imposturis perpetuum vale dixit, hancque Babilonem et Sodomam execratus, se ad Christum eiusque doctrinam totus convertit. Quem etiam frustra freudentibus principibus sacerdotum libere praedicat ac dictis et scriptis coram Regibus et Praesidibus palam profitetur. Iamque a pharizeis et Caiaphis caeterisque carnalibus aperta vi impetebatur et insidiis petebatur. Sed Dominus, qui Ecclesiam in alvo suo gestat eamque pugillo manus suae complectitur, illi adfuit mirabilibusque modis et a) stupendis mediis eum asseruit, qui etiam nihil constanciae et laboris hactenus in vindicanda sinciore doctrina remittit. Sed cum Paulo sive per famam sive per infamiam contendit et vocationem suam urget.

Etsi autem Deo et non presidiis humanis confidit, tamen et iis quoque non est destitutus. Nam Illustris Dominus Radziwiel, Palatinus Vilmensis, et Dominus a Ostrorog aliique ordinis senatorii viri plurimi, ad omnem eventum illi auctoritatem et operam suam profitentur et pollicentur.

Nos cogimus hic Synodum, in qua inibimus rationes consensus doctrinae et caeremoniarum in ecclesiis nostris Deumque, cuius negotium agitur, praecamus, ut immitat nobis in mentem ea, a) quae ad suam gloriam et Ecclesiarum concordiam pertinere videbuntur.

Dominus noster Iesus Christus, qui dat salutem Regibus et Principibus, Vestram quoque Illustrissimam Celsitudinem sospitem et florentissimam diutissime conservet sanctificetque eam in veritate, ac quemadmodum ille et Pater unum sunt, ita quoque Vestra Illustrissima Celsitudo cum omnibus suis unum spiret ac senciatur. Datum Poznaniae, die XIII Februarii, anno Domini 1555.

b) Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
deditissimus servitor  
Eustathius Trepka. c)

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

#### *Schedula autographa:*

Mitto Vestrae Illustrissimae Celsitudini litteras Egregii ac praestantis viri, Doctoris Stanislai Nigri, \*) quem antea Vestrae Illustrissimae Celsitudini commendavi. Qui optaret sententiam et voluntatem Vestrae Illustrissimae Celsitudinis sibi declarari et patefieri.

\*) *deest.*

N. 117.

*Vilnae, 17.III.1555.*

*Valentinus Backfarth, musicus regius,  
Alberto in Prussia duci  
puero sibi misso, ut musicae ediscendae studeat, pecuniam ad vestes comparandas se dedisse significat.*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 118.

Vilnae, 25.VII.1555.

Valentinus Backfarth, musicus regius,  
Alberto in Prussia duci  
Michaelem Marburth, fratrem erae suae, commendat, ut in numerum ser-  
vitorum ducis asciscatur; a fratre suo, in aula reginae Hungariae  
commorante, nullum adhuc responsum se accepisse nuntiat.  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.439.

N. 119.

Vilnae, 28.VII.1555.

Valentinus Backfarth, musicus regius,  
Alberto in Prussia duci  
de commendato sibi a duce Laurentio Kriskowski (Krzyszkowski?), qui  
sororem erae suae uxorem ducere velit.  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.439.

N. 120.

Vilnae, 17.XII[1555].

Ioannes Thimme, musices studiosus,  
Alberto in Prussia duci  
queritur de magistro suo, Hungaro, qui eum nimia cum severitate tractat.

Sigill.

H B A, B 3, K.439.

Meine geringe und willige denste benebenst underthenigester erbe-  
tung meines schuldigen gehorsams sein E. F. G. alzeit zuvoran bereith  
Durchlauchtiger furste, gnediger her.

Es ist mein hertzliches anlangen und fruntleiche erinnerung an  
E. F. G. von wegen meines lerneisters, des ungeren, uber welchen ich  
meine klag vor E. F. G. in der Wilde gethan hab in kegenwertigkeit sei-  
ner person, als nemleich, das ehr mich mith fieler ungeburleicher straf-  
fe und schlagen uberlastet ane meine schult, nur allein seinem zornigen  
neidischen kopfe nach und wiewol sich E. F. G. zu der zeit genugsam  
erzeget hat, wie mein gnediger her und dem ungeren ernstleich darein  
gereth, welches ich mich kegen E. F. G. aufes hogeste wil bedancket  
haben, so ist er doch seinem gelopt, welches ehr vor E. F. G. gethan

hatt, nicht nachkumen, sunder vorgesleich geworden und mir nachmals erger gehalthen, den ihe vorhin geschen ist. Den er spricht, ehr hab<sup>a)</sup> E. F. G. gelobet, er wolle mich nicht mer umb der lauthe willen schlan, aber ane das wolle er mein nicht schonen. Welches von ihm ein anzeung ist, das er nicht suchet, was mein nutz, sunder sein gefallen ist und wiewoll ich, aldergnedigester furste, solches alles gern und willich von im aufneme nach vorpflichtung meines schuldigen gehorsams, so ist mir doch ein sulches unmessiges und unvornufftiges schlan eine grosse vorhindrung in meiner ubung und lher und wer ehr mugleich, das ich von im ein dorichten kopf bequeme, als das ich die kunst der lauthe erfahren solthe. Den es folget bei solchem ungstumigen schlagen keine limpleiche anweisung od underricht, gerad als wer ich derhalben nicht<sup>a)</sup> da, das ich von im lernen solthe, sunder das er mich nur geiselen und plagen solthe. Den die anweisung, die er mich thut, hab ich noch an meinem kopfe und henden zu beweisen. Kan mich auch E. F. G. nicht vorbergen, das ich ofte und fil willens gewesen bin von im zu loffen. Welches ich darumb underlassen hab, das ich forhin mich in meinem schreiben anzezen wolthe nach E. F. G. befelich.

Wolle mich hiemith E. F. G. in gnedigen schutz bevolen haben mith underthenigester bitte, E. F. G. wolle ein gnediges insen thun und mir zum hern Terlen in kost thun, das ich tegleich zum ungeren ging etliche stunde im tag. Sulches wurde mir ein grosse fordrung sein in meiner lher; iedoch, was E. F. G. guttiger wille ist, das gesche. Ich hab auch, gnedigester furste, dem hern Terlen meine feile ofte geklaget, aber ich find bei im keine gnad od schutz. Der libe Gott vorleg mich seine gnad in meinem angefangenem werck, damith ich E. F. G. nachmals lange in gesuntheit denen mug. Datum in der Wilde den 17 Decembris.

E. F. G.  
undertheniger

Hans Thimme.

a) in *marginē*.

# 1556

N. 121.

Vilnae, 9.I.1556.

*Nicolaus Godschalck, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut dux apud regem operam suam interponat, quo post terminum  
unius anni a servitio regis liberetur.  
(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 122.

Varsaviae, 25.I.1556.

*Proconsul et consules Varsavienses  
Alberto in Prussia duci  
pro Ioanne Długosz (in ms. Długoss), consule Varsaviensi, et Nicolao  
Dawidek, cive Varsaviensi, ut eis pueri, Venczel de Regio Monte et  
Petrus de Stetinio (in ms. Sczeczino), a quibusdam ducis servito-  
ribus recepti, restituantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Serenissime et Illustrissime Princeps etc.

Exposuerunt nobis Spectabilis Dominus Ioannes Długoss, confrater noster consularis, et item Famatus Nicolaus Davidek, civis Varssoviensis, pueros eorum, quorum alterum Venczel de Regio Monte, alterum vero Petrum de Sczeczino nomine per quosdam servitores Maiestatis Vestre<sup>2)</sup> illis non requisitis acceptos esse. At cum pueri predicti, videlicet Venczel, Domino Ioanni Długoss per quendam civem Gedanensem eius cure commissus fuerat, ut tandem eidem civi Gedanensi restitutus et redditus esset. Alter vero, Petrus de Sczeczino, prefato Nicolao Davidek registra, que in commissis habuit, non reddidit; quod et dictus Venczel Domino Długoss non prestitit; quod cum damno et iactura

prefatorum vicinorum nostrorum fieret non mediocri. Maiestatem Vestram precamur obnixae, dignetur Maiestas Vestra inquisitionem in curia Maiestatis Vestre demandare, ut per servitores curiae Maiestatis Vestre, apud quos dicti pueri vicinorum nostrorum essent inventi, huic, cui negocium eiusmodi repetendorum ipsorum commissum est, ad mandatum Maiestatis Vestre restituerentur. Nos vero Deum Omnipotentem precabimur pro foelici Maiestatis Vestre dominio... Datum Varssovie, XXV<sup>a</sup> die Ianuarii anno Domini MDLVI.

Maiestatis Vestre deditissimi  
Proconsul et Consules Civitatis  
Antiquae Varssoviensis.

z) sic in ms.

N. 123.

*Regiomonti, 13.II.1556.*

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de quibusdam scribis ducis, a quibus ipse et alii male tractati sunt, con-*  
*queritur; catechismi editione occupatus, se ad ducem ire nunc non*  
*posse nuntiat; paratum se esse ad vertenda Biblia significat.*

*(Schedula adiuncta)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Quam indignis modis quidam ex famulatio Vestrae Illustrissimae Celsitudinis scribas, qui huc a me adducti Vestrae Illustrissimae Celsitudini in officina typographica operas locant et qui erant mense per Dominum Burgrabium adhibiti, acceperint, et quam vehementibus et virulentis verbis me absentem et ignotum sint prosecuti, malo, ut Vestra Illustrissima Celsitudo ex praestanti Domino Andrea Aurifabro,<sup>1)</sup> medico, cognoscat, quam ut ego proluxa scriptione Vestram Illustrissimam Celsitudinem, gravioribus occupatam, interpellare debeam. Certe nisi Catechismi aeditio obstitisset, quam urgeo, ipse profectionem ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem susciperem<sup>a)</sup> et coram de rei indignitate conquerer. Mirum est hic quosdam posse concipere tanta odia erga eos, qui Vestrae Illustrissimae Celsitudini studia et operas addixerunt, et qui tanta sunt erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem animorum affectione, ut nulla pericula dubitarent pro ea adire.

Postillae aedicionem, quandocunque Vestra Illustrissima Celsitudo iusserit, aggrediar, et si ita Vestrae Illustrissimae Celsitudini videbitur, in vertendis Bibliis ingenii mei vires experiar, modo adiutorem habeam virum aliquem doctum nationis Germanicae, possent haec celerius hominum opinione expediri et in lucem proferri. Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem salvam, incolumem et florentissimam diutissime

servet ac tueatur eamque ad nos, cuius tam longa expectatione contabescimus, cito reducat. Datum in urbe Regiomontana, 13 die Februarii, anno Domini 1556.

b) Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
deditissimus servus  
Eustathius Trepka.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex*: suscipissem (sic).

b)-c) *manu propria*.

1) *Goldschmied*.

*Schedula adiuncta:*

Postillae modum et initia iam vidit Egregius Dominus Doctor. Huius ego aeditionem, si ita Vestra Illustrissima Celsitudo mandaverit, persequar. Apud Dominum Seclutianum habito et cibum capio, et ita me frugalem exhibeo, ne Vestram Illustrissimam Celsitudinem magno sumptu onerem. Quare hoc mihi molestissimum accidit, quod scribae male in arce tractati et percussi sunt huc ad mensam Seclutiani revocati, qui iam prorsus pecunia destitus<sup>z)</sup> petit sibi aliquid pro quotidianis sumptibus numerari.

z) *sic in ms.*

N. 124.

s.l., 25.IV.1556.

*Ioannes Seclucianus*

*Alberto in Prussia duci*

*aere alieno obrutus conqueritur et subsidium pecuniarium ad honestum victum et ad labores suos perficiendos expetit.*

*Sigill. Autogr.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps et Clementissime Domine.

Miror profecto et ecciam cum lachrimis meis [et] uxoris meae condeoleo, quod me Vestra Illustrissima Celsitudo in negociis<sup>a)</sup> non<sup>b)</sup> meis,<sup>c)</sup> sed Ecclesiae Christi non solum iuvare nolit, prout facere solet, sed ecciam me non male meritum tum de Ecclesia Christi, tum ecciam de persona Vestre Excellentie prorsus senem<sup>d)</sup> enecat et<sup>e)</sup> obrutum ere alieno perdit,<sup>f)</sup> aut affugere<sup>z)</sup> aut desperare iubet. Et nisi solaretur me bona mea erga Deum consciencia, iam intergissem.<sup>z)</sup> Quia quidquid olim feci et facio, hoc totum factum est ad propagandam gloriam Domini nostri Iesu Christi. Item feci propter utilitatem Ecclesiae Christi et ad excitandam et conservandam bonam famam<sup>g)</sup> meis posteris et honestum una cum uxore mea et liberis victum,<sup>h)</sup> non emundens<sup>z)</sup> neque evaccuens<sup>z)</sup> thesaurum<sup>z)</sup> Vestre Illustrissimae Celsitudinis. Feci ecciam hoc ad propagandam bonam famam Vestre Illustrissime Celsitudinis.

Nunc autem circa edicionem horum<sup>z)</sup> concionum, quos<sup>z)</sup> neque Trepka

neque quisquam ecciam impigissimus<sup>z)</sup> improbare bona consciencia potest, non solum multum contraxi aeris alieni, sed ecciam parum abest, quin in itinere veniens ex mendicacione de Vilna ab amicis non perigissem.<sup>z)</sup> Tamen Vestra Celsitudo nullam habens rationem neque laborum meorum neque sumptuum neque senectutis et meritis meis,<sup>z)</sup> iussit obici alium nescio qualem librum concionum et prelo exprimendum, priori libro Catechisim<sup>z)</sup> Brencii nondum ad mediam partem<sup>i)</sup> absoluto. Vestram Illustrissimam Celsitudinem in hac re non multum accuso, quantum illos ipsos, qui<sup>h)</sup> propter emungendam pecuniam a Vestra Celsitudine promittunt, licet non prestant, utrumque parietem ex una fidelia dealbare duabusque simul insidere arboribus volunt;<sup>h)</sup> quod fieri foeliciter non potest (sero tamen sapient Phriges).

Sed quid multis moror Vestram Celsitudinem? Aut Vestra Celsitudo iuvet suos,<sup>j)</sup> mutuo det pecuniam,<sup>h)</sup> ut tamen meos labores ad finem deducere possem, centum enim fl. iam totum librum perficere possem, aut utrumque in suam curam recipiat, liberans me et immunem faciens ab aere alieno. Et quod attinet labores meos, hoc Tuae Celsitudinis gratie commendo et graciosum responsum cito peto. Tandem me in veterem gratiam Vestre Celsitudinis commendo.

Raptim propter insperatum discessum nuncii in aedibus meis, die 25 Aprilis anno Domini 1556.

Vestre Illustrissime Celsitudinis  
perpetuus servus et mancipium  
Ioannes Seclucianus.

Bona consulat Vestra Celsitudo scriptum, quia iam insidebat equo famulus Vestre Celsitudinis.

a) in ms. negotii

b) pro expuncto: meis *suprascriptum*.

c) in *marginem* adscriptum.

d) in ms. senen

e) et bis scriptum.

f) in *marginem* pro verbo in *textu expuncto*.

g) *sequitur expunctum*: et

h) *supra lineam*.

i) in *marginem*.

j) *correctum in ms. ex suis*

z) sic in *ms.*

N. 125.

Vilnae, 14.VII.1556.

*Ioannes Thimme, musicus,*

*Alberto in Prussia ducti*

*pecuniam ad lyram ex Italia emendam et ad vestes, quas hoc anno nondum recepit, sibi procurandas exposcit.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Durchleuchtigster etc.

Als ich E. F. G. alhie zu Rudnick unterthenigst erinnert und anlanget umb ein lauthen, haben mich E. G. vetterlich vertröstet. So seindt alhie itzt auss Welschlandt etliche khommen, darunter ich eine bedingen lassen;

ist mit dreyzehnen seiten, wol lautendt, umb 8 floren polnisch. Bitte derwegen unterthenigst, E. F. G. wollen mir zu dem gelde gnedigest verhelfen und auch mit kleidung, denn ich diss jahr keine empfangen, mich gnedigest und vatterlichst versorgen wollen.

Das ich mit meim armen gebeht zu Gott umb E. F. G. unterthenigst verschulden und mein angefangen schuldiges werck getrewlich mich befeissen will. Der Almechtig verley mir nur sein gnad dazu weiter... Datum Wilde den 14 Julii anno 1556.

E. F. G.

unthertheniger gehor[samer]

Hans Timme.

N. 126.

Posnaniae, 28.VII.1556.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*Nicolaum Broniowski ad ducem euntem commendat; dolet, quod «comites Gorcani et Ostrorogiani» nullum equitatum duci hactenus miserunt; partem postillae De Sanctis ad correctorem mittit.*

*Vest sigilli. Autogr.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Hic Nicolaus Broniowski,<sup>a)</sup> qui ab ineunte aetate Vestrae Illustrissimae Celsitudini servitutum servivit, nunc isthuc quoque profectionem suscepit, ut Vestrae Illustrissimae Celsitudini operam militarem addiceret profitereturque, sub eaque quinque equis stipendia faceret. Quem, quia isthic aliquis eius poterit esse usus, Vestrae Illustrissimae Celsitudini commendo. Est enim miles veteranus et exercitatus in castris et bellis Caesaris<sup>b)</sup> multum diuque versatus. Qui eciam plurimis proeliis, oppugnationibus et expugnacionibus interfuit.

Ego vero hic dolore et iusta ira contabesco, quod mei Comites Gorcani et Ostrorogiani<sup>c)</sup> nullum equitatum Vestrae Illustrissimae Celsitudini hactenus mittunt et se tales, quales<sup>d)</sup> receperunt, non praestant. Ac vix iam audebo prodire in conspectum Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, qui tocies nomine eorum magnificis promissis aures Vestrae Illustrissimae Celsitudinis frustra onaeraverim,<sup>e)</sup> recteque inquit regius propheta: Vanitas, filii hominum et filii magnatum in statera appensi sunt pariter.

Mitto per eundem Broniowsky aliam partem postillae De Sanctis ad correctorem in officinam typographicam. Ipse statim consequar et omnia supplebo. Porro quod diucius hic immoror, soceri mei mors et equus unus Vestrae Illustrissimae Celsitudinis extinctus in causa fuerunt. Tamen post dies aliquot iter ipsum ingredior, neque dubito, quin sim domum paratam ibi reperturus. Miror, quod nulli catechismi huc sint ad venden-



dum missi, quos homines nostri avide expectant. Faxit Dominus, ut iis tumultibus bellicis<sup>f)</sup> sedatis et compositis Vestra Illustrissima Celsitudo reliquum vitae cum suis in iucunda et perpetua pace transigat. Datae Posnaniae, die Martis post Iacobi ferias, anno 1556.

Deditissimus et obstrictissimus  
Eustathius Trepka.

*Schedula:*

Iste Broniowssky nondum se expedire potuit, sed post dies aliquot iter ingreditur.

a) *verbum correctum.*

b) *sequitur expuncta littera: f vel s*

c) *sequitur expunctum: nullos e*

d) *sequuntur expunctae duae litterae: re*

e) *sequitur expunctum: ne*

f) *sequitur expunctum: sed*

N. 127.

*Secemini, 16.IX.1556.*

*Felix Cruciger Scebresinus*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Francisco Lismanino, ex Regno Poloniae proscripto, intercessionem ducis apud regem expetit.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quum Dominus Ecclesiae Suae mira quadam providentia et bonitate semper adsit, cautos imprimis ac prudentes pios omnes esse oportet, ne praesidia illa, quae coelestis Pater ad Ecclesiae suae propagationem indies offert, ullo pacto aspernentur aut negligentia sua praetermittant. Atqui si qua gens Deum praesentem unquam sensit, tum in erigenda sua Ecclesia inter veritatis hostes, tum etiam in ea tuenda, id vere possumus de nobis praedicare. Quo enim vehementius Ecclesiam suis machinis aggreditur Sathan, fortissimos nominis sui et gloriae propugnatores nobis excitat Dominus, quorum opera in rebus adversis uti possimus. Neque vero tantam divinae clementiae gratiam et beneficium in hoc Regno solum nobis conferri videmus, verum quoque in aliis regionibus, quorum Principes nobis conciliat firmoque pii amoris vinculo coniungit.

Atque imprimis (ut caeteros taceamus) Celsitudo Tua tanta pietatis studia summaeque erga nos benevolentiae officia obtulit, cum in Cosmnik conventu cum fratribus Waldensibus ageremus, ut facile hinc agnoscamus nostram Ecclesiam Deo maximae esse curae, quod ipsi talem patronum conciliaverit. Pro nostra igitur in Celsitudinem Tuam observantia et obsequio petimus, ut Ecclesiae nostrae suo patrocinio adesse dignetur. Non dubitamus, quin Celsitudo Tua iam pridem audiverit clarissimum virum fratremque nostrum in Christo colendissimum, Dominum Franciscum Lismaninum, ex hoc Regno fuisse proscriptum, non alia de

causa, quam quod verae pietatis religiosissimus cultor atque defensor esset. Quoniam vero invidia et odio Pharisaeorum damnatus est, curavimus, ne procul a nobis discederet, cum eius opera nostris Ecclesiis plurimum sit necessaria, futurum sperantes, ut Regiae Maiestatis animus, detecta sycophantarum fraude, qua frater hic noster proscriptus est, immutaretur et eum a proscriptionis edicto liberaret. Hactenus autem bene speramus.

Verum cum in dubio res adhuc sit posita, Celsitudinem Tuam oramus, ut sua auctoritas et gratia nostro et fratris nostri charissimi nomine apud Serenissimum Regem nostrum intercedat, ut apud nos remanere possit vir pietate et doctrina insignis, quem maximo Ecclesiae nostrae adiumento fore confidimus. Quare, Illustrissime Princeps, hic tuae pietatis thesaurum expone, in christiani gregis utilitatem et gratiam, cum vix mortalium quisquam Regiae Maiestatis animum ad hoc possit inflectere, nisi Celsitudinis Tuae opera et favor accesserit. Quo quidem beneficio nos ita sibi devinctos Celsitudo Tua reddiderit, ut suis imperiis <sup>a)</sup> (salva in Deum pietate et in Principem nostrum reverentia) <sup>b)</sup> perpetuo unumquaque nostrum paratissimum et obsequentissimum sit habitura. Dominus Celsitudinem Tuam potenti sua manu tueatur, omni sapientia repleat Spiritusque Sancti donis ad gloriam sui nominis cumulet. Datae Secemini, XVI die Septembris 1556.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
studiosissimus et obsequentissimus  
Foelix Cruciger Scebressinus, nascentis Ecclesiae  
Christi in Minori Polonia Superintendentens, omnium  
ministorum et nobilium in fide Iesu Christi  
conjunctorum nomine.

a)-b) in margine.

N. 128.

Ex Eremito, 16.IX.1556.

*Franciscus Lismaninus*

*Alberto in Prussia duci*

*pro benevolentia erga se et pro charitate, qua dux « Ecclesiam in Polonia renascentem » complectitur, gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Memini, cum Illustrissima Celsitudo Tua in funere Sigismundi Regis, avunculi sui, me perhumane salutatum rursus post triduum invisere dignata est. Quo tempore mecum de religione aliisque seriis permultis sapientissime disseruit, necnon plurima suae erga me benevolentiae signa declaravit. Et quidem tum magnopere demirabar, quid tantum Principem ad obscuri hominis colloquium permovisset. Verum cognita Celsitudinis Tuae pietate longe diversum cogitare coepi, eam quippe huius divinae virtutis naturam esse noveram, ut suos alumnos mansuetudine et humanitate splendidos efficiat.

Neque vero Lysmanini sui immemor Celsitudo Tua (quamvis longum temporis spatium intercesserat), cum anno superiore esset Varshoviae, colloquens cum Magnifico Palatino Cracoviensi<sup>1)</sup> et Magnifico Castellano Bieczensi<sup>2)</sup> mei honorificam mentionem fecit. Quibus argumentis adductus, mihi facilimum fuit colligere, quanti me Celsitudo Tua faciat: non quidem ullo merito meo vel dignitate aliqua, sed pro singulari sua in pios omnes benevolentia. Etsi vero praecedentia mihi certissimam de Celsitudinis Tuae erga me voluntate fidem facerent, tamen clarissimi viri, Domini Pauli Vergerii, ad me literae velut colophonem animo meo addiderunt adeo, ut iam mihi de ipsa dubitare sit nephas. Ne igitur in tanta benevolentissimi animi signa ingratus viderer, reverenter his literis Celsitudinem Tuam salutare volui meamque synceram servitutem ipsi offerre, ut, si quando mea qualicumque opera uti voluerit, certo sibi persuadeat me suis mandatis paratissimum et obsequentissimum fore.

Caeterum Celsitudini Tuae ago gratias pro ea charitate, qua Ecclesiam in Polonia renascentem complectitur. Ego enim ab ea vocatus huc adveni ac talentum meum exposui, paratus deinceps eam omnibus modis iuvare ac promovere, quantum mihi per divinam clementiam licuerit. Verum ne Celsitudini Tuae taedium ullum afferat nova haec epistola, finem hic facio. Reliqua enim, quae Celsitudini Tuae nota esse cupio, Generoso Ioanni Luzinsky,<sup>3)</sup> Ecclesiae Internuntio, commisi, qui singula diligenter ipsi referet. Celsitudini Tuae laeta faustaque omnia ex animo precor, ac ut bene et feliciter valeat, Deum Optimum Maximum oro. Datum ex Eremo, die XVI Septembris, anno Domini MDLVI.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis  
Vestrae obsequentissimus

a) Franciscus Lismaninus.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Stanislaus Tęczyński.

2) Ioannes Boner.

3) vel Lusiński.

N. 129.

Posnaniae, 23.IX.1556.

*Proconsul et consules Posnanienses*

*Alberto in Prussia duci*

*rogant, ut Matthiae Wołyniec, cuius filius Sebastianus, honestis studiis in Academia Regiomontana vacans, a quibusdam seditiosis interfectus est, iustitia administretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Mathias Woliniecz, subditus Sacrae Regiae Maiestatis Domini nostri clementissimi, civis noster, magno animi dolore questus est nobis filium suum Sebastianum, honestis studiis operam dantem in Academia civitatis Vestrae Illustrissimae Dominationis Kunspergk, preter culpam meritumque a quibusdam seditiosis hominibus misere<sup>a)</sup> interemptum occisumque esse. Qui quidem debitas poenas sumendi ac petendi de eis ipsis tanti sceleris patratioribus, ad Vestram Illustrissimam Dominationem proficiscendi ani-

mum induxerat, sed valetudine affecta prohibitus, tantum itineris conficere se non posse existimabat. Rogavit nos plurimum, ipsius hoc negotium scriptis nostris Vestrae Illustrissimae Dominationi commendandum esse. Nos perspectum habentes Vestrae Illustrissimae Dominationis in propellendis sceleribus heroicum animum, Vestram Illustrissimam Dominationem summa diligencia rogamus, civis nostri, hominis senili aetate constituti, miserere dignetur poenisque legibus sancitis in eos patratores animadvertere iubeat, neque scelus tantum sanguinis innocentis inultum paciatur. A Deo Optimo Maximo eius suae operae mercedem est habitura, nosque ad omnia obsequia reddet sibi paratissimos... Datum Posnaniae, feria quarta ante festum Sancti Michaelis proxima, anno Domini 1556.

Eiusdem Vestrae Illustrissimae Dominationis  
Proconsul et Consules civitatis Posnaniensis  
deditissimi.

a) *in ms.* miserere

N. 130.

Posnaniae, 24.IX.1556.

*Georgius Gensche a Gera (von Gera), civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut dux privilegium a rege impetret, quo domus sua Posnaniensis sit  
diversorium nonnisi subditis ducis destinatum, ut fit etiam Cracoviae,  
Caunae, Vilnae.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.439.*

N. 131.

s.l., s.d. [1556].

*Eustathius Trepka  
ignoto  
petit, ut sicarii et interfectores Polonorum, libere plateas civitatis obeun-  
tes, puniantur.  
Sigill. Autogr.  
(Annexa: exempla litterarum Eustathii Trepka ac eius cognatorum et  
proconsulis ac consulum Cnipaviensium de eadem re).  
H B A, B 3, K.439.*

Generosissime et Clarissime Domine.

De quibus rebus Suam Illustrissimam Celsitudinem supplex<sup>a)</sup> compello, lectis hisce litteris facile Vestra Generosissima Dominatio cognoscet. Ac cum rationes probabiles et legitimas adferam, cur causa Polonorum in integrum restitui debeat, rogo plurimum, ut in eo auctoritatem et potestatem suam vicariam interponat et restitutionem fieri iubeat.

Nihil nobis omnibus molestius accidit, quam quod isti sicarii et interfectores libere plateas obeunt, et si quos ex Polonis obvios habent, eis insultant, in domo potatoria de Polonis interfectis canciones componunt

et acerbis sarcasmis nos prosequuntur, cum agnoscere et deplorare scelus et tam indignum facinus debebant. Quare rogo,<sup>b)</sup> demandet Senatui, ut haec serio prohibeat, ut tandem aliquos fructus Evangelii in hac civitate videamus<sup>c)</sup> et ne eam tanquam iniustam maleque constitutam et moratam nos accusare oporteat.

Eustathius Trepka deditissimus.

a) *in margine.*

b) *sequitur expunctum: ut*

c) *suprascriptum pro expuncto: agnoscamus*

*Annexum I: exemplum litterarum Eustathii Trepka et eius cognatorum ad duces Albertum.*

Durchlauchtigster etc.

Nachdem E. F. D. in ihrem gegebenen abscheidt auf mein, und der andern mitvorwandten, in der endtleibten Polen gericht sachen, unterthenigs suppliciren, sich mit gnaden vornehmen lassen, alles widder den gesprochenen sententz zu gestatten was recht ist, derwegen bitt ich untertheniglich, E. F. D. wölle die grosse unbilligkeit, so hierin durch unssern procuratorn gebraucht, in dem das er mir und den andern mitvorwandten die zeit und stunde, darin das urtheil ergehen sol, ganz felschlich anzeigen lassen, und uber das fursetzlich die appellation vorschwigen, ungeacht, das er wol gewust, ich neben den andern dieselbe nicht nachlassen wurde, woraus sein grosser und mercklicher unfleis, so nicht betriglicher fursatz gnugsam zu spuren, damit er uns, als die vorwandten der entleibten, in dieser gerichtlichen handlung mercklich vorletzt und in beschwerunge bracht. Weil dan in rechten wol vorsehen, das den beschedigten parten durch des procurators unfleis, irthumb, ader betrugk, zur billigkeit widderumb per viam restitutionis in integrum sol geholfen werden, so steht unsser vortrawen zu E. F. D., als der christlichen obrigkeit, die werden in diesem handel die gelegenheit gnedigklich anmercken, wie gferlich der procurator mit uns gehandelt, damit er uns von der appellation gebracht und uns derwegen in diesser vorletzten gerichtshandlung, quo ad interponendam appellationem mit gnaden in integrum restituirn, auf das wir alzo zu der entzogenen appellation rechtlicher weisse widder gelangen mögen. Solchs gereicht E. F. D. zu hohen ehren und rhum, das sie ein christlicher beschirmer der gerechtigkeit sei, und wöllen wirs umb E. F. D. zu vordienen nimmer mehr vorgessen.

E. F. D.

ganzwillige diener

Eustachius Trepkaw  
sampt andern mitvorwandten.

*Annexum II: exemplum litterarum proconsulis et consulum Cnippiensium ad duces Albertum, quibus querelas Eustathii Trepka confutant.*

Durchleuchtigster etc.

Es hat uns der ersame<sup>a)</sup> und wolweise her Peter Glogaw,<sup>b)</sup> unser burgermeister, angemeldet, wes E. F. G. ime auf die vormeinte beschwerunge des N. Trepchen, durch Jrer F. G. secretarien, hern Baltzar Gansen anzeigen lassen. Weil dan solche angezogene beschwerunge den richter und ein erbar gerichte dieser E. F. G. stadt furnemlich betrifft, haben wir ein erbar gerichte sampt dem richter vor uns gefordert und inen

des Trepchen beschwerlicheit vormeldet. Darauf sie dan folgenden gruntlichen bericht in der kurtze gethan:

Zum ersten. Was betrifft, das man die entleibeten nacket und blos sollte haben liegen lassen, darauf zeigt der richter an, das deme im grunde nicht also. Dan des ersten tages, als der unfal in der nacht geschehen, als er, der richter, sampt dem gerichte sie besichtigt, habe der eine, als der corrector, seine kleider noch angehabt, dem andern aber, weil er sich albereit vor der entleibung ausgethan hatte, hatt der barbier, so ihn verbunden, der meinunge ihn beim leben zu erhalten, ime das hembde abgezogen und mit seinem mantel wiederumb zudedacket; seind darumb nicht nacket und blos gelegen. Und hat der richter nach geschehener besichtigung desselbigen tages umb drey hora sie zu erden wollen lassen bestetigen, es sey ime aber im namen und wegen E. F. G. verboten und bevolen, er sollte damit zufriede sein; und haben sich die Polen, polnische predigersche und andere jrer angenommen, sie ausziehen, waschen und bekleiden lassen, welche auch von allem ohne zweivel weitern bescheidt werden wissen anzuzeigen.

Das sich der Trepche zum andern bey E. F. G. beschweret, als solte ime die stunde des urtheils anzuhoren nicht umb 8 hora, sondern umb XII bestimmt sein und also zur abelesung des urtheils nicht bescheiden sein, ist ime der richter in keinem wege gestendigk, dan er zeigt an, er habe dem diener den tag zuvor bevolen, beide, klegere<sup>c)</sup> und beklagten auf folgenden tag umb 8 hora das urteil anzuhoren, zu bescheiden und zu laden. Dan wie solte er umb XII hora sie bescheiden lassen, dieweil man alhier in diesen steten allewege die halsgerichte vormittagk und nicht nachmittagk, altem gebrauch nach,<sup>d)</sup> helt. Wie dan E. F. G. fiscal und Jacobus der vorsproche, auch unser diener, so als klegere in abwesen der freuntschaft der entleibeten auf dieselbige stunde erschienen und das urteil, so ein erbar gerichte hierinne gefunden, angehoret. Dorzu ist der Trepche nur ein beystandt und nicht klegler von anfangе gewesen, darumb nicht so gar viel daran gelegen, ob er darzu gefordert oder nicht, sintemal die, so anfenglich die klage angestellet und den krieg befestiget, kegenwertig gewesen.

Aus welchem E. F. G. gnedigst und in der kurtze mit gnaden zu vernehmen, mit was fug und billigkeit sich der Trepche beclaget<sup>e)</sup> und das es mher aus einer zunötigunge von im, dan aus rechtmessiger billigkeit geschicht.<sup>f)</sup> Dan jhe was recht in dieser sachen vorgenommen, auch durch ein erbar gerichte, die auf ire schwere eide sitzen, darinne erkant, ohne zweivel dermassen, wie sie iren eidespflichten nach schuldig und vor Gott E. F. G., als irem landsfursten und menniglich werden zu vorantworten wissen, wo man sich auch, soferne es gebreuchlich, desselben urtheils an E. F. G., als den obrichter, beruffen were inen nicht zu entgegen gewesen.

Dis haben E. F. G. wir in aller unterthenigkeit aufs gemelts Trepchen klagen nicht wissen zu verhalten, der unterthenigen zuvorsicht, E. F. G. werden in von seinem solchem vormeinten vorneme abeweisen...

E. F. G.

getrewe underthane  
burgermeister und rathmann  
E. F. G. statd Kneiphoff Königsbergk.

a)-b) in margine.

c) *expunctum*: und klegere

d) *sequitur expunctum*: elt

e)-f) *verba linea subducta*; in margine: dis sol auss bleiben

# 1557

N. 132.

Regiomonti, 4.V.1557.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*per Andream Aurifabrum (Goldschmied) negotium suum duci commendat; rogat, ne dux calumniatoribus suis aures praebeat.*

*Sigill.*

*H B A. B 3. K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Tot occupationibus Vestram Illustrissimam Celsitudinem districtam nolo prolixa scripcione interpellare. Clarissimus enim et praestans vir, Dominus Andreas Aurifaber, Vestrae Illustrissimae Celsitudinis doctus et fidelissimus medicus, totum negotium meum brevibus explicabit. Cui ut Vestra Illustrissima Celsitudo fidem habeat atque rerum mearum valetudinisque imbecillae benignam rationem<sup>a)</sup> ineat, summis praecibus rogo.

Porro si qui sint tales, qui me de gradu gratiae Vestrae Illustrissimae Celsitudinis deicere moliuntur, prout video esse aliquos, et mea quaedam odio tantum et malevolencia adducti calumniantur, eis ne aures suas patefaciat, sed studio, officiiis, fide, amore erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem nemini me velle cedere persuasissimum habeat. Quippe si qui sunt beneficiorum Vestrae Illustrissimae Celsitudinis ingrati, ab<sup>b)</sup> eorum domo, iuxta dictum Solomonis, nunquam malum recedat. Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem florentem ac incolumem diutissime conservet ac tueatur. Datae Regiomonti, 4 Maii, anno 1557.

Vestrae Illustrissimae Dominationis  
deditissimus servus  
Eustathius Trepka.

a) *sequitur expunctum*: habeat Q

b) *sequitur expunctum*: eis ni (?)

*Franciscus Lismaninus  
Alberto in Prussia duci*

*pro intercessione ducis in causa proscriptionis suae gratias agit; conciones « viri cuiusdam doctissimi et Spiritus Sancti donis ornatissimi » dono mittit.*

*Sigill.*

*Versio germ.: Wotschke T., Francesco Lismanino (Zeitschr. der Histor. Gesellschaft der Provinz Posen, pp. 258-9).*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps et Domine Clementissime.

Cum mihi Celsitudinis Tuae benignitas animi sui erga me humanissimi et clementissimi tanta indicia et monumenta praebuerit, quod cum ex literis, quas ad me scribere dignata est, tum ex clarissimo viro Paulo Vergerio non obscure cognovi, indignum homine, ne dum me iam cano et in humanitatis officiis non vulgariter exercitato, fore sum arbitratus, si ex Polonia in Helvetiam discedens, tantam Illustrissimae Celsitudinis Tuae erga me gratiam, benignitatem, clementiam ingrato praeterirem silentio.

Quod igitur mei officii ac muneris esse intellexi, committere profecto nolui, ut merito a me requiri posse videretur. Quanquam autem Celsitudinis Tuae beneficiorum erga me magnitudinem gratiarum actione me non aequaturum certe scio, animi tamen gratissimi in me igniculos experior, sentio, agnosco, quorum vim quanto minus verbis effari queo, tanto magis internum ardet incendium. Quod Celsitudini Tuae non minus gratum fore confido, quam si in summam verborum molem prorupisset. Proinde quod Illustrissima Celsitudo Tua pro sua singulari pietate in causa proscriptionis meae ultro et sponte sua tam benigne et amice apud Serenissimam Regiam Maiestatem et summos viros, Regni Poloniae proceres, intercedere dignata est, ei quas possum maximas ago gratias cupioque et opto mihi coelitus hoc beneficium concedi, ut Clementissimae Celsitudini Tuae hanc animi mei gratitudinem obsequio aliquo testari et confirmare aliquando possim.

Neque vero inefficaces Illustrissimae Celsitudinis Tuae in ea causa literae, nec sine summo fructu extiterunt, qui tametsi nondum sese prodiderit, magna tamen spe adducor non longo post tempore futurum, ut sese cum summa Dei gloria exerat. Ita sapientissimus ille rerum conditor et rector omnia suo tempore et praeter hominum expectationem ad gloriam suam et suorum salutem agere consuevit.

Caeterum, cum hinc mihi necessario migrandum esse viderem, ut Regiae Maiestatis voluntati obsequerer, ac ornatissimus vir, Paulus Vergerius, nomine Celsitudinis Tuae mihi hospitium ac tutissimum perfrugium in aula Illustrissimae Celsitudinis Tuae non semel obtulisset, nihil mihi prius agendum duxi, quam clementissimi Principis oblato beneficio et liberalitate uti, cuius insignes animi dotes (ut mihi iam pridem exploratas) exosculor, veneror, suspicio. Ut nihil optatius mihi possit contingere, quam cum tali Principe quod superest aevi transigere, si quid superesse Deus voluerit. Sed cum reluctantem abriperet necessitas, parendum certe fuit, quantumvis ad Illustrissimae Celsitudinis Tuae obla-



tam gratiam amplectendam animus inclinaret. Verumtamen si Celsitudo Tua operam meam sibi usui aliquo pacto fore cognoverit, huncque suum animum mihi per literas declaraverit, equidem posthabitis omnibus, quae me distrahere possunt, clementissimae illius voluntati morem quam primum geram.

Nuper ad manus meas pervenerunt conciones aliquot viri cuiusdam, si quid iudico, doctissimi et Spiritus Sancti donis ornatissimi. Quoniam vero earum et argumentum et tractationem Principe viro dignam censui, eas ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam eo libentius misi, quod ipsi ea scripta omnium gratissima esse novi, quae pietatem veramque religionem spirent. Quod si munusculum hoc, a syncero pectore profectum, Celsitudini Tuae placuisse audiero, seriam dabo operam, ut plures ab eadem incude profectas homilias propediem habeat. Dominus Deus Omnipotens Illustrissimam Celsitudinem Tuam favore suo semper prosequi dignetur omniaque laeta et fausta clementer largiatur. Ex Eremito, XX Iunii MDLVII.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Tuae  
servitor obsequentissimus  
Franciscus Lismaninus manu propria.

N. 134.

*Posnaniae, 30.XI.1557.*

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de libris a Ioanne Daubmann, typographo, in sua officina diu detentis queritur; ob adversam valetudinem, non per negligentiam, Regium Montem se nondum rediisse asserit; de Prognosticis ab Alberto Caprino duci missis significat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quanta diligencia mandata Vestrae Illustrissimae Celsitudinis confererim<sup>2)</sup> munusque legacionis mihi abs Vestra Illustrissima Celsitudine impositum expedierim, nihil nunc attinet commemorare, cum de ea re Egregio Domino Andreae Doctori,<sup>1)</sup> Vestrae Illustrissimae Celsitudinis medico, iam antea, ne Vestram Illustrissimam Celsitudinem occupatam interpellarem, significaverim, neque dubito, quin omnia ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem retulerit. Certe qui sunt hic viri illustriores et conspectiores pietatique christianae et confessioni Augustanae addicti, cum ea, qua decauit, veneracione adhortacionem Vestrae Illustrissimae Celsitudinis audiverunt seque ei obtemperaturos constanter receperunt. Ac in libris distribuendis vendendisque operam suam Vestrae Illustrissimae Celsitudini proffitentur ac promittunt. Quos quia Daubmanus<sup>2)</sup> tam diu in sua officina detinet et nullam operam in eis divulgandis ponit, valde miror, cum hic multi eorum desyderio flagrent ac teneantur, et Russia ac tractus Cracoviensis postillas et catechismos, quia hactenus nulli ad eos pervenerunt, flagitent.

Quod vero ego hactenus ad praestanda offitia Vestrae Illustrissimae Celsitudini Regium Montem non redii, ne negligenciae idtribuendum putet, sed potius adversae et afflictiae valetudini benigne ascribat, <sup>a)</sup> plurimum rogo. <sup>b)</sup> Quae me etiam ita labefactavit et confecit, <sup>z)</sup> ut nusquam domo prodeam, sed perpetuo cum medicis negotium <sup>c)</sup> habeam et pharmacis fruam. Rogo itaque, ne hoc nomine Vestra Illustrissima Celsitudo benignam animi voluntatem a me alienet, sed, quod fecit hucusque, me singulari sua clemencia prosequatur inque numero fidelissimorum et sui studiosorum servorum habeat. Nunquam fallam opinionem Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, etiam si fortasse a malevolis diversa de me ad Vestram Celsitudinem perferantur. Quibus, utcumque invideant, nunquam fide et candore erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem cessero. Non committam etiam, quin, ubi Dei beneficio <sup>z)</sup> meliori valetudini restitutus fuero, ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem veniam et versionem alicui vacem, quam velim <sup>d)</sup> decerni abs Vestra Illustrissima Celsitudine seriam. Bibliorum fortasse versio Vestrae Illustrissimae Celsitudini et existimationem summam et commodum non mediocre adferret, quae citius hominum opinione, modo mecum isthuc doctum sodalicium adducere, posset traduci et excudi. Tamen hic iudicium meum non interpono, sed sententiam <sup>e)</sup> et mandatum Vestrae Illustrissimae Celsitudinis Academiaeque Regiomontanae volo amplecti.

Caprinus miserat ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem sua Prognostica. Qui, an sint reddita, addubitat petitque sibi mitti eorum aliquot exempla iam excussa, et ut Vestra Illustrissima Celsitudo laborum ipsius benignam rationem habeat, rogat.

Magnificus Dominus Stanislaus a Ostrorog Vestrae Illustrissimae Celsitudini obsequia alacerrima defert omniaque offitia per omnem occasionem ei pollicetur rogatque, ut, quod semper fecit, eum benignitate et gratia sua prosequatur. Hic in promovenda religione acer et constans est et magni facit commonefactiones Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, neque patitur se circumferri <sup>z)</sup> quovis vento doctrinae.

Debetur mihi adhuc ex Tesouro Vestrae Illustrissimae Celsitudinis dimidium stipendium, hoc est centum marcae. Quare diligenter rogo, ut mandatu Vestrae Illustrissimae Celsitudinis servo meo, quem isthac mitto, extradantur. Quod, ad hunc modum pro medicamentis et sumptibus exhaustus, in parte magni beneficii ponam.

Deum aeternum, Patrem Domini et Liberatoris nostri Iesu Christi, toto pectore oro, ut hic novus annus Vestrae Illustrissimae Celsitudini foelix, florens ac saluberrimus illucescat, indeque Ecclesiae, scholae et tantus pauperum et exulum, qui beneficiis Vestrae Illustrissimae Celsitudinis sustentantur, numerus voluptatem hauriat. Datae Posnaniae, die Divo Andreae sacro, anno 1557.

Deditissimus Eustathius Trepka  
subscripsit.

a)-b) *in margine.*

c) *suprascriptum pro expuncto: iam*

d) *sequitur expuncta littera: d*

e) *sequitur littera expuncta.*

f) *sequitur expunctum: ex*

z) *sic in ms.*

1) *Aurifaber (Goldschmied).*

2) *Ioannes Daubmann.*

*Matthias Wołyniec, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
iustitiam de interfectoribus filii sui, Sebastiani, expetit.*

*Sigill.*

*(Annexum: litterae Matthiae Wołyniec ad regem, 14.XII.1556, de eadem re. Exemplar).*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Ego, homo calamitosissimus, ego, inquam, in hac mea extrema canicie filio meo, Vestrae vero Illustrissimae Celsitudinis servitore, senectutis meae baculo et solatio, orbatus, tot labores, sumptus et itineris longa<sup>a)</sup> pericula, dummodo affectioni paternae satisfacerem, nihil moratus, ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem supplex confugio. Cui hasce literas Sacrae Maiestatis Regiae et has alteras reverenter exhibeo ac ut illis translectis reque tota probe examinata et ponderata, meam aetatem, meos canos, meas lachrymas, mei filii hostilem et Turcicum in modum interfecti innocentiam respiciat, et me iustitia potitum et interfectorum satisfactione utcumque erectum et consolatum abire paciatur, humillime rogo.

Scit Serenissimus Dominus Rex meus, novit tota Polonia iudices et causidicum non esse in hac causa iustorum virorum offitio perfunctos. Tamen ego haec ad lites et ad disceptationes iuris revocare nolo. Quis enim se posset ex talibus eorum labyrinthis explicare, et nationis Polonicae homo causam talibus iudicibus vincere? Vivit Deus, qui omnia moderatur, et videt hic, ut ab aliis, sic ab iis olim poenas iustitiae non administratae expetet.

Ego hoc unum tantum supplex peto, ut, quod antea memini, mihi ab interfectoribus seu coram sponsoribus satisfiat, et ita quodammodo pacatiore animo ad meos redire domum liceat. Scio Vestrae Illustrissimae Celsitudinis benignitatem omnibus esse expositam. Quare nihil addubito, quin et ipse in hoc meo squallore et luctu sim quoque eam experiturus et post celerem satisfactionem alacrior et sedatiore mente ad mea rediturus...

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
humillimus et mestus servus Mathias Voliniecz.

a) *supra lineam.*

*Annexum: Matthias Wołyniec ad regem, 14.XII.1556, de eadem re.*

Sacra et Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine Clementissime. Humilem et infinam subiectionem Vestrae Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestati defero.

Ego in summam calamitatem adductus, senio, luctu et squallore confectus, ad Vestram Sacram et Serenissimam Regiam Maiestatem, tanquam ad propitium numen et certum perfugium confugio eiusque summam clemenciam omnibus, precipue vero merore affectis et orbitatem suam deplorantibus expositam, supplex imploro, ac ut sua vere regia autoritate et maiestate affectioneque et commiseracione iniuriam meam respiciat, rogo. Res sic habet:

Sebastianus Woliniecz, filius meus, Illustrissimo Domino Principi Prussie in libris corrigendis, qui Regio Monti iussu Sue Illustrissime Celsitudinis excudebantur, profitebatur, ac dum ibi commoratur diucius et hospicium in civitate habet, quattuor Germani, genus nomini nostro infestissimum, eum in hospicio proprio aggrediuntur et crudelem in modum confossum trucidant, una cum nobili quodam Pilieczki, qui ibidem habitavit. Res ad Consules civitatis Knipariensis defertur, sicarii comprehenduntur et in carcerem coniciuntur, interfecti terre mandantur. Interea, iubente Illustrissimo Principe, actio et lis contra interfectores instituitur. Sed iudices officio bonorum et iustorum virorum non sunt functi, neque causidicus rem serio et diligenter peregit. Sed cum ita inter se invicem colluderent, odio nominis Polonici sicarios integros et incolumes nullis suppliciis affectos neque penis mulctatos dimittunt, qui nunc eciam dicuntur ibi plateas obire, de cede gloriari et Polonis insultare.

Que cum ita se habeant, quanti dolores inde ad me redeant et quid isti iudices et causidicus interfectorum promeruerint, Vestra Sacra et Serenissima Regia Maiestas pro sua summa clemencia et prudencia intelligit. Quare ab ea supplex peto, rogo et obsecro, ut mihi literas ad Illustrissimum Dominum Principem Prussie describi iubeat, in quibus negocium meum agat et exaggeret atque abs Sua Illustrissima Celsitudine postulet, ut pro sua autoritate in tales iudices et causidicum animadvertat et negocium in integrum restitui mihique iusticiam administrari iubeat. Adducor in certissimam spem Vestram Sacram et Serenissimam Regiam Maiestatem et cause huius magnitudinem esse reputaturam et lachrimas, miserias orbitatemque et squallorem meum esse respecturam et mihi pro ea, qua est erga omnes afflictos propicia mente, esse in hoc gravissimo casu adfuturam. Quod Dominus Deus, qui precipua cura afflictorum et luctu squalidorum adficitur, Vestre Sacre et Serenissime Regie Maiestati remecietur ac rependet. Dominus Deus Vestram Sacram et Serenissimam Regiam Maiestatem nobis omnibus salvam et florentissimam diutissime conservet. Warschoviae, 14 Decembris, anno Domini MDLVI.

Eiusdem Sacre et Serenissime Regie Maiestatis Vestre  
fidelis humilisque subditus  
Mathias Woliniecz, civis Posnaniensis.

# 1558

N. 136.

Tomice, 21.III.1558.

*Franciscus Lismaninus  
Alberto in Prussia duci  
de projectione sua ad ducem differenda.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Octavus, ni fallor, mensis agitur, Illustrissime Princeps, cum eo rerum mearum status reciderat, ut in Transrhenanas Germaniae partes mihi necessario redeundum esse videretur. Ac tum quidem animum subiit Illustrissimae Celsitudinis Tuae recordatio, quae benignissimis literis suam erga me benevolentiam testata fuerat, imo ad se humanissime invitarat. Quam sane voluntatem atque studium clarissimus vir, Petrus Paulus Vergerius, non literis modo, sed et familiari colloquio mihi diligenter commendavit meque, ut Illustrissimam Celsitudinem Tuam inviserem, serio plerunque hortatus est. Ac dum Illustrissimae Celsitudinis Tuae literis obtemperare Vergeriique consiliis parere statuissem, repentino belli tumultu conatus ille meus necessario compressus est, cum mihi in armorum strepitu apud Illustrissimam Celsitudinem Tuam locum nequaquam fore iudicarem.

Quo tempore ne tacito discessu ingrati hominis notam subirem, literas ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam dedi et sanctissimi viri doctissimique hominibus aliquot in Daniele, meae in Illustrissimam Celsitudinem Tuam observantiae monumentum mihi fore ratus, ut recto cursu ad meos tandem me reciperem. Ac praeter meam omniumque expectationem discessus ille meus divino plane consilio est interceptus, neque tantum bellorum incendium extinctum est (quod et Sacrae Regiae Maiestati et Illustrissimae Celsitudini Tuae gratulor eamque foelicitatem utrique vestrum propriam ac perpetuam precor). Sed et Regia Maiestas tandem facta mitior, pro innata sibi clementia, liberum mihi sui Regni aera fecit.

Quod si olim proscriptus et longis terrarum spaciis dissitus Illustrissimam Celsitudinem Tuam invisere statui, non video quid impediatur, quominus liberior factus et non ita magno locorum intervallo remotus consilium meum prosequar. Praesertim cum et ex Illustrissimae Celsitudinis Tuae ad Dominum Vergerium literis, in quibus sic scribere est dignata: Domino Francisco Lismanino aperimus nostrum Ducatum et, si venerit, dabimus operam, ne esuriat et sitiatur cum suis, et ex his, quae

retulit Generosus et Strenuus vir, Dominus Claudius de Gran Val, Gallus de liberalissimo Illustrissimae Celsitudinis Tuae animo erga me et familiam meam, ita certus sim, ut de a) nulla humana re magis. Et sane nunc mihi animus ante aliquot dies erat cum ornatissimo viro Eustathio Trepka, Illustrissimae Celsitudinis Tuae Consiliario, et modo cum clarissimo et omni virtutum genere praestantissimo Domino Ioanne a Lasco, verum aegritudo coniugis meae, quae toto hoc biennio procidentia matricis laborat, coegit me tam diu hanc profectionem meam ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam differre, donec opera cuiusdam peritae faeminae convalescat. Medici enim a se in huiusmodi mulieres hanc curam reiiciunt. Vale, Princeps Nobilissime. Dominus Iesus Illustrissimam Celsitudinem Tuam omni benedictionum genere prosequatur. Tomi-  
ciis, XXI Marcii MDLVIII.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Tuae  
obsequentissimus servitor

b) Franciscus Lismaninus subscripsit.c)

a) sequitur expunctum: hum

b)-c) manu propria.

N. 137.

Posnaniae, 22.III.1558.

*Albertus Caprinus, magister,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut eum dux gratia sua prosequatur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 138.

Posnaniae, 29.VI.1558.

*Eustathius Trepka  
Alberto in Prussia duci  
de discordiis inter ministros et theologos protestantes; de legatione Geor-  
gii Sabini in causa simultaneae investiturae electoris Brandenbur-  
gensis.*

*(Cum schedula adiuncta)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Dominus Deus, qui dat salutem Principibus, Vestram quoque Illustrissimam Celsitudinem rebus omnibus florentem diutissime Ecclesiis et scholis a) conservet eiusque consilia omnesque conatus provehat ac gubernet.

Responsionem Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, pietatis, prudentiae et moderationis plenam, quam Dominus Lascanus<sup>1)</sup> Regiomonte discedens retulit, omnes nostri hic amplectuntur magnaue cum voluptate

legunt et sua consilia ad eam attemperant. Praeterea et scriptum theologorum Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, quo argumenta Lascani in causa sacramentaria dextre et simpliciter refutantur, magnopere probant. Nihilominus tamen Lascanus Zinglianismum<sup>2)</sup> promovet aedititque Confessionem nostra lingua totam, Tigurinos et Genevenses spirantem.

Unde maiora odia et certamina discordiaeque et varietates inter ministros et theologos nostros contenduntur, transitus Evangelio intercluditur et adversarii maiores flammis<sup>b)</sup> odii erga Evangelium concipiunt eoque exhilarantur et nos strenue contemnunt.

Dominus Doctor Sabinus<sup>2)</sup> apud multos Regni proceres, qui gracia valent et autoritate, nomine Illustrissimi Domini Domini Electoris Brandenburgensis legacionem obivit<sup>c)</sup> ac de simultanea investitura diligenter egit, sed ambiguum responsum referebat, quod multi abducentur de animo voluntateque Vestrae Illustrissimae Celsitudinis. Sed cum Dominus Horacius Coelius, iuvenis doctrina et omni morum elegancia ornatus, Vestrae Illustrissimae Celsitudinis aulicus, planum fecisset exposuissetque idemque quoque Vestram Illustrissimam Celsitudinem cupere, omnes magna animi alacritate Vestrae Illustrissimae Celsitudini operam suam hac in parte detulerunt promiseruntque in proximis Comiciis se consilia sua ad commodum et honorem inclytiae ac celebris Domus Brandenburgicae, quandoquidem etiam haec in commodum Regni vergere videntur, relaturos.

Quod Vestrae Illustrissimae Celsitudini pro fide ac debito<sup>d)</sup> meo significare volui. Cui deditissimam obsequendi voluntatem addico, ac ut meis officiis utatur, rogo. Datum Posnaniae, die Petro et Paulo sacro, 1558.

Deditissimus servus  
Eustathius Trepka.

*Schedula adiuncta:*

Illustris Dominus Stanislaus Ostrorogus abest, ad thermas valetudinis ergo profectus. Sed cum redierit, pro ea, qua est hic gracia et autoritate, et pro studio, quo erga Vestram Illustrissimam Celsitudinem ducitur, in negotio simultaneae investiturae diligentem strenuamque operam Vestrae Illustrissimae Celsitudini navabit.

a) sequitur littera expuncta.

b) sequuntur expuncta verba: Evangelii concipi

c) sequitur expunctum: ac

d) sequitur expuncta littera: m

z) sic in ms.

1) Ioannes Laski.

2) alias Georgius Schuler.

N. 139.

s.l. [17.VII.1558].

*Ioannes (Iwan) Levonowicz, Ioannes (Iwan) Sidorowicz, Paulus Lob cum reliquis sociis, cives et mercatores Vilmenses,*

*Alberto in Prussia duci*

*ad nundinas Dantiscanas profecti, per capitaneum Georgenburgensem (Iurgenburgensem) cum omnibus mercibus detenti, de eo queruntur et litteras patentes liberi transitus per Ducatum Prussiae petunt.*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de Ioanne Daubmann, typographo, in rebus suis privatis, et de Ioanne Laski in rebus religionis queritur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Meae sortes et infausti casus ita tulerunt, quod per Ioannem Lascanum et Ioannem Daubmanum apud Vestram Illustrissimam Celsitudinem praeter aequum et bonum reus agor. Daubmanus iniquissime apud Vestram Illustrissimam Celsitudinem me<sup>a)</sup> traducit tanquam debitorem, cum ego illi nihil debeam, ille vero mihi centum marcas debet. Dominus a Lasco audet affirmare hic plus quam viginti exemplaria Responsionis sparsa et divulgata, cum illa tantum illi, qui sunt Confessionii Augustanae addicti, nempe Illustris Domini Gorcani, Dominus Stanislaus Ostrorog, Dominus Kaczkowsky et aliquot servitores Vestrae Illustrissimae Celsitudinis viderint et legerint et magna cum voluptate exosculati sint,<sup>b)</sup> confutationemque in causa sacramentaria valde approbaverint, sed in scripta publica haec relata et descripta nemo unquam probaverit. Magnifacio enim Vestrae Illustrissimae Celsitudinis mandata plurimum. Quare autem Dominus a Lasco hic rhetorem hyperbolicum agit? Aut ego mandata violo, quod si facio, nullum genus penae detrecto, sin minus, peto<sup>c)</sup> abs Vestra Illustrissima Celsitudine<sup>d)</sup> supplex, ne in dicta causa imprudenciae et violatae fidei reus agar et accuser.

Quod si scriptis meis non tantum tribuitur, ut illis fides habeatur, volo praesens me purgare, quandocumque Vestra Illustrissima Celsitudo mandaverit. Etsi plurimum retulerat, ut tam Responsio Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, quam scriptum theologorum in negotio Sacramenti, divulgarentur, praecipue hic apud nos, cum quidam ex Lascianis multis persuadere conentur Vestram Illustrissimam Celsitudinem se habere suae sententiae sufragatorem etc. etc. Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem florentem et incolumem diutissime conservet. Datae Posnaniae, die Transfiguracioni Domini sacro, anno 1558.

Nova.

Nostri de nupciis suorum cubiculariorum sunt solliciti et nihil miserorum Livoniensium clade permoventur etc.

Contendo abs Vestra Illustrissima Celsitudine plurimum humillimisque praecibus, ut mihi a Daubmanno typographo satisfiat.

Deditissimus clientulus  
Eustathius Trepka.

a) sequuntur expunctae litterae: co  
b) correctum ex: sunt

c) suprascriptum pro expuncto: rogo  
d) sequitur verbum expunctum: humilli



Posnaniae, 15.IX.1558.

*Eustathius Trepka**Alberto in Prussia duci*

*de ecclesiis reformatis in Polonia, ritus suos ad exemplum ecclesiarum Ducatus Prussiae conformare volentibus; de pecunia sibi ex thesauro ducis et a Ioanne Daubmann, typographo, debita.*

*Sigill.**Iam ed. Wotschke, Trepka, suppl. I.**H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Petunt nostrae Ecclesiae abs Vestra Illustrissima Celsitudine libellos Polonicos Reformationis et cerimoniarum, quibus utuntur Ecclesiae dicionis Vestrae Illustrissimae Celsitudinis. Volunt enim omnia sua ad eorum exempla et praescriptum attemperare. Quare rogo, ne haec ipsis denegentur, sed per hunc veredarium, quem Illustris Dominus Ostrorog isthuc mittit, suppeditentur.

Erant hic aliquot ministri, qui in sententiam Calvini et Lascanam in causa sacramentaria propendebant, sed, gracia Deo, scripto theologorum Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, quo Lascana argumenta refelluntur, revocati et confirmati sunt.

Debentur mihi ex Tesauo Vestrae Illustrissimae Celsitudinis reliquiae stipendii, hoc est quinquaginta floreni <sup>a)</sup> pro festo Divo Michaeli sacro.<sup>b)</sup> Rogo itaque, ut mihi extradantur et huic cursori seu alicui, qui certo ad me perferret, committantur. Quod Vestram Illustrissimam Celsitudinem confido serio esse demandaturam et meae tenuitatis oeconomiaeque benignam rationem esse habituram.

Daubmanus hactenus mihi debitum non solvit, neque de eo mecum composuit.

Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem salvam et florentem diutissime servet. Datum Posnaniae, die 15 Septembris, anno 1558.

Deditissimus servus et beneficiarius  
Eustathius Trepka.

a)-b) in margine.

Posnaniae, 17.IX.1558.

*Eustathius Trepka**Alberto in Prussia duci*

*de dimidio stipendii sibi adhuc debito; de cardinali ad Comitata Regni a papa misso; de Ioannis Łaski iniustis in se accusationibus; de Ioanne Daubmann pecuniam sibi debente.*

*(Cum schedula adiuncta)**Sigill.**Iam ed. Wotschke, Trepka, suppl. 2.**H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Nolo Vestrae Illustrissimae Celsitudini longa scripcione obstrepere, idem ago et flagito, quod per litteras, quas dedi Magnifici Domini Ostro-

rog veredario, egi, rogoque diligenter et obsecro, ut dimidium stipendii mei, quod mihi pro feriis Michaeli sacris debetur, huic nobili Ioanni Czarlinsky, Illustris Domini Lucae a Gorca, Palatini Lenciciensis, servitori, detur. Qui bona fide curabit ad me perferendum.

Sanctissimus seu Sathanicissimus Papa,<sup>1)</sup> Angelus abyssi et Rex locustarum, mittit ad Comicia nostra carnalem Cardinalem de Pisis,<sup>2)</sup> qui prorsus more Davi perturbabit omnia et motus aliquos excitabit atque Evangelium eiusque professores cum toto raso et uncto satellicio (quod in verba Papae iuravit) opprimere conabitur. Sed qui habitat in coelis irridebit eos et Achilophelonum consilia dissipabit. Dolendum est nostros tantopere dissidere et contra tam infestos hostes Dei, Imperii et omnium Regnorum coniunctis viribus et consencientibus animis et sentenciis serio rem<sup>a)</sup> non agere. Profecto vereor, ne in tanta animorum exacerbatione et dogmatum varietate succumbamus. Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem Ecclesiae salvam et florentem diu servet. Datum Posnaniae, 17 Septembris, 1558.

Deditissimus servus

Eustathius Trepka.

Quod responsionem, quam Dominus a Lasco abs Vestra Illustrissima [Celsitudine] retulit, et scriptum, quo opiniones eius de Sacramento refelluntur,<sup>b)</sup> non divulgavi, sed tantum ea legenda quibusdam ex nostris, praesertim vero Illustribus Dominis Gorcanis et Ostrorogis et nonnullis ministris communicavi, satis prolixè videor mihi antea ostendisse, si Porphirius litteras reddidit. Et Daubmani impudenciam<sup>c)</sup> et malevolentiam velim retundi, qui cum mihi centum marcas debeat, me nescio cuius debiti reum agit. Habet hic libros, actipiat, quando libuerit, pecuniam eciam, quam illi debent bibliopolae pro libris, quae non excedit summam 40 florenorum, me adiutore extorquebit, neque unius oboli iniuria afficietur. Quod ideo iterum atque iterum scribo, ne me Vestra Illustrissima Celsitudo talem existimet, qualem me invidi et malevoli apud Vestram Illustrissimam Celsitudinem pingunt.

*Schedula adiuncta:*

Illustrissime Princeps etc.

Illustris Dominus Lucas Comes a Gorca, Palatinus Lenciciensis, nunc equis indiget plurimum. Quare magno beneficio eum affecerit et multum rebus eius prospexerit, si eum equo uno aut altero iuverit, quod diligentissime promerebitur.

a) *supra lineam.*

b) *additum in margine.*

c) *correctum ex: impudenclem*

1) *Paulus IV.*

2) *Scipio Rebiba?*

Posnaniae, 6.X.1558.

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de litteris Petri Vergerii ad ducem per Stanislaum Ostroróg transmissis;  
de episcopi Cracoviensis et ducis communi in rebus religionis opi-  
nione, ab eodem episcopo asserta.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Allatae sunt huc ex Tubinga litterae a Domino Vergerio, Vestrae Illustrissimae Celsitudini inscriptae, quas Illustris Dominus Ostrorog ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem transmittit. Qui etiam hoc Vestrae Illustrissimae Celsitudini significari iussit, quod Episcopus Cracoviensis,<sup>1)</sup> cum nuper convivium multorum insignioris notae<sup>a)</sup> nobilium celebraret, multa de religione absurda locutus, hoc quoque adiecit: Illustrissimus Dominus Princeps Prussiae in sua Confessione de toto negotio religionis idem sentit, quod ego, et ego idem quoque credo et scio, quod Sua Illustrissima Celsitudo. Sed nos hic neutrum horum credimus.

Dominus Deus Vestram Illustrissimam Celsitudinem salvam et florentem diu servet ac tueatur. Datum Posnaniae, die 6 Octobris, anno 1558.

Deditissimus cliens  
Eustathius Trepka.

a) sequitur expunctum: in

1) Andreas Zebrzydowski.

Regiomonti, [ante 17.X.1558].

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*de bonis Stanislaeo Ostroróg a duce vendendis.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quid mihi iniungat Magnificus Dominus a Ostrorog, Vestra Illustrissima Celsitudo ex litteris, quas mitto, facile cognoscat. Debat huc ipse venire et coram suam causam agere, sed curandae valetudinis causa ad thermas proficiscetur. Scio illum valde esse Vestrae Illustrissimae Celsitudini<sup>a)</sup> addictum et plurimum amare Vestram Illustrissimam Celsitudinem. Quare si illum proximum sibi et quasi obligatum venditis bonis habuerit, habebit egregiis donis et virtutibus praeditum Dominum et Comitem Polonicum, sibi semper obstrictissimum et fidelissimum amicissimumque. De quo rogo, ut mihi Vestra Illustrissima Celsitudo primo

quoque tempore significet, ut habeam quid ad Suam Magnificam Dominationem referre debeam. Datae Regiomonti, hodie 1558.

Expecto Regiomonti litteras Vestrae Illustrissimae Celsitudinis.

Deditissimus  
Eustathius Trepka.

a) sequitur expunctum: valde

N. 145.

Regiomonti, [ante 17.X.1558].

*Eustathius Trepka*

*Alberto in Prussia duci*

*se Secluciano nihil debere asserit, sed rogat, ut ei dux «aliquid adhuc numerari iubeat».*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Etsi antea ingenue testatus sum Secluciano, concionatori Polonico, me non amplius pro cibo debuisse, quam eam summam, quam libello expensi ascripseram, quod et nunc iure fortasse profiteor, tamen quia ille maiorem debitorem me constituit et in regeſtis suis descripsit, semperque conqueritur sibi non esse satis factum, quo nomine eciam me traducit, si id abs Vestra Illustrissima Celsitudine bona cum gracia impetrari potest, rogo, ut illi aliquid adhuc numerari iubeat idque<sup>a)</sup> pro sua benignitate faciat, quam declaret in eum hominem, qui eget et exiguos proventus sui laboris refert. Nihil de summa benignitate clemenciaeque Vestrae Illustrissimae Celsitudinis addubitat. Dominus Deus conatus et actiones Vestrae Illustrissimae Celsitudinis gubernet. Datum Regiomonti, 1558.

Deditissimus  
Eustathius Trepka.

a) sequitur expunctum: fac

N. 146.

Posnaniae, 21.X.1558.

*Anna Trepka, vidua Eustathii,*

*Alberto in Prussia duci*

*de morte et sepultura mariti sui nuntiat; patrocinium ducis sibi et liberis suis expetit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Durchlauchtigster etc.*

Ich, betrubtes weib, fuge E. F. G. in hochstem elende zu wissen, das E. F. G. underthenigster diner und mein geliebster eheman Eustachius

Trepka, den Montag fur Luce, welcher gewest der 17 tag des monats Octobris, nachdem ehr ettliche tage die lingken seiten geclagt, doch nicht lagerhaft worden, umb 23 uhr ganz unvorsehens, seine sehle Gott aufgeben und durch den leiblichen tod von dieser weld abgesondert worden, mich mit funf kleinen kindern in grossem betrubnus hinder sich vorlassen.

Des leib wir, aus vorsehung seiner gnade des hern Stentzlawen von Ostrorogk und auch irer gnade des graffen von Gorka<sup>1)</sup> bewilligung, nachdem die feinde Christi ime alhier zu Posen kein stelle vorgonnen wollen, zu Groitz<sup>2)</sup> zur erden bestatten lassen.

Da aber nicht mir, betrubten alleine, sonder viel hoen personen der Cron woll wissend, mein geliebster eheman seliger, fur den augk E. F. G. gnad und gunst gehabt, der ich sampt meinen armen kinderlin mit genossen, so gelangt ahn E. F. G. nachmals mein demuttigste biete, E. F. G. geruchen mich, betrubtes weib, und meine arme kinderlin, in furstlichen gnaden zu ehrhalten und unsser gnedigster furst und herr zu sein und zu vorbleiben. Dafur werden E. F. G. belonung von Gott entpfahen. Ich aber, sampt meinen kinderlin, wollen die zeit unssers lebens umb E. F. G. langwirige gesundheit und gluglichs regiment den Almechtigen zu bitten nicht underlassen etc. Datum Posen den 21 tag des monats Octobris anno etc. im 58ten.

E. F. G.  
underthenigste dinerin

Anna, Eustachii Trepka,<sup>z)</sup> arme  
vorlassene widfraw

1) Lucas.

2) Grodzisko.

z) sic in ms.

N. 147.

Posnaniae, 21.X.1558.

*Stanislaus Niger, doctor medicus,  
Alberto in Prussia duci  
de morbis et morte Eustathii Trepka narrat et in schedula viduam ac  
orphanos commendat.*

*(Cum schedula adiuncta)*

*Sigill.*

*Iam ed. Wotschke, Trepka, suppl. 4.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Post subiectissimam etc.*

*Illustrissime ac prudentissime Princeps.*

*Treptius ille, pius ac optimus Ecclesiae Christi minister puriorisque eius doctrinae interpres, ex hac misera et fragili vita ad immortalem illam et aeternam hora vigesima tercia die decima septima<sup>a)</sup> mensis huius concessit. Cuius mors praematura et inopina adeo hic pios omnes*

percelluit, ut prae stupore vix tandem ad se multi redierint et sese recollerint, admirati scilicet in tam hominem temperatum, sobrium, pacatum et modestum tam atrox genus morbi, citra ullam procathacticam causam, cecidisse. Non sine igitur singulari divino iudicio hoc ipsum evenisse autumant; sed utcumque tandem sit, ego archanum hac in re Dei iudicium non scrutabor.

Naturales autem mortis huius causas et si pressius examino et circumspicio, nondum tamen mihi ipsi satisfacio, praecipue cum praesens coram, utpote sum Illustris Domini Stanislai ab Ostrorog negociis agendis Posnania evocatus, non adfuerim. Sencio tamen primum ab epilepsia<sup>b)</sup> prostratum, tandem apoplexia<sup>b)</sup> necatum esse. Qui morbi cum raro modestis accidant hominibus, sentire et ipse cum multis cogor fati Trepium, fidissimum Tuae Celsitudinis servitorem, nobis ereptum esse. Lugeat igitur tota Ecclesia, quod tam diligenti et docto ministro orbata sit, non quod desperet defuturos sibi operarios, sed tamen cum videat hic tepere multos in promovenda doctrina Christi, dolet ereptum sibi virum, qui in sola Christi causa fervidus erat, cum in aliis friguisset videretur. Dolent Illustris Comites a Gorka scribam ademptum sibi, qui expedientiarum literarum ad cuiusvis status et condicionis hominem admirandus artifex habebatur. Quanto autem dolore concuciat meus Dominus ab Ostrorog, ex literis Suae Magnificentiae, quas meis adiunctas Tuae Illustrissimae Celsitudini mitto, facile cognoscet.\*) Sed cum haec rerum humanarum sit condicio, ut nihil stabile ac firmum hic nobis polliceri possimus, ferendum alioqui quod divinitus nobis accidit.

Quia tamen ego non ignoraverim apud Tuam Illustrissimam Celsitudinem Trepkam magni factum fuisse, non dubito hanc officiosam animi mei erga se voluntatem Vestram Illustrissimam Celsitudinem boni consulturam esse, qua illi mortem illius viri praematuram et subitam (intra enim unius horae spacium interiit) aperio. Cuius Celsitudini me dedo et subiicio. Datum Posnaniae, XXI Octobris, anno a nato Christo 1558.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
deditissimus servitor  
S[tanislaus] N[iger], doctor medicus.

#### *Schedula adiuncta:*

In tanto animi mei maerore, vel potius stupore, oblitus eram uxoris Trepicii meminisse. Quae cum luctuosissima et tristissima mulier sit, impos omnino animi est. Precatur itaque, ne Vestra Illustrissima Celsitudo se deserat, sed omnino in tutelam et patrocinium suscipere dignaretur suum. Reliquit illi liberos parvulos quinque, opes vero nullas. Quia autem credit Vestram Illustrissimam Celsitudinem non mutaturam suam erga olim fida servicia Trepicii benevolentiam, adeo sese et liberos suos illi humillime et deditissime sub tutelam commendat.

a) *superscriptum pro expuncto*: octava

b) *in ms. litteris Graecis scriptum*.

\*) cfr. El. XL, N. 1664.

*Ioannes Hageman (Hogman), primus armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci*

*servitia Oswaldi, armifactoris Cracoviensis, duci Alberto et marchioni Geor-  
gio commendat; intercessionem apud regem expetit, ut sibi, ante an-  
num a scholaribus Cracoviensibus violentiam perpesso, damna resar-  
ciantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Durchleuchtigster etc.

E. F. G. mag ich untertheniger wolmeinung nicht verhalten, das un-  
langst alhie her gen Krokaw ein sehr gutter, bewerter meister des buch-  
sengiessens Oswald genant, mit zweien stucken ankommen, ko. mt., mei-  
nem allergnedigsten herrn zur prob hieher gefurt, welche so rein, glat  
und wolgegossen, das sie auch in keinen weg gescholten werden mögen.  
Deren E. F. G. ich ein muster mit briefszeigern schicke.

Und dieweil ich in erfahrung komen, das der durchleuchtige, hochge-  
borne furst und herr, herr Jorg marggraf zu Ansbach, E. F. G. geliebter  
vetter, itzt mit geschutz nicht versehen sei, bin ich verursacht, E. F. G.  
unterthenigst zu schreiben, im fall hochgelimte f. d. marggraf zu Ansbach  
eines buchsengiessers bedorfend, bin ich E. F. G., auch f. d. marggrafen  
zu Ansbach hierinnen unterthenigst zu dienen erbütig, den Oswald, buch-  
sengiesser, dahin zu halten, das er alhie zu Krokaw zwey stück, ongefehr  
zwanzig zentner haltende, auf gnedigen E. F. G. befehl, mit sein eigen  
unkosten und erlegung giessen, und ich sie seiner f. d. marggraffen zu  
Ansbach zu gnediger prob selbs bringen wurd.

Und da E. F. G. solche für gut erkennen, ist an E. F. G. mein unterthe-  
nigst bit, E. F. G. wolle mir f. d. marggrafen zu Ansbach recht wappen  
auf die stück zu giessen, sampt einem credentzbrief an s. f. d. gelangende,  
ubersenden. So dann nachmals, wann ich f. d. obgedachte zwey stück zur  
probe zustellte, s. f. d. einen gefallen daran trug und den Oswald, buch-  
sengiesser, ferner zum giessen brauchen wolt, were ich unterthenig bereit,  
mit s. f. d. unterthenige unterredung zu haben, wievil und wasserlei gestalt  
s. f. d. stücke zu giessen gnediglich befulhe, damit solchem auf s. f. d.  
verlag und unkost alhier im land zu Polen, da das kopper wolfeil und der  
zentner zu acht gulden polnisch wehr zu bekommen ist, von oftgemeltem  
Oswald, buchsengisser, folge und vollkommene aussrichtung geschehe, da-  
ran s. f. d. einen sonderlichen wolgefallen tragen möcht. Dann E. F. G.,  
auch f. d. marggraffen zu Ansbach untherthenigst zu dienen, befinde ich  
mich schuldig und thu es willig gern.

Nachdem auch E. F. G. mir, da ich von Kunigspergk geschieden, gne-  
diglich befohlen, E. F. G. mein fürfallend wesen zu schreiben, kan ich  
E. F. G., meinem gnedigen herrn, nicht bergen, das ich, Gott sei lob, frisch  
und gesundt, aber sonst in verlaufenem jar mit etlichen der meinen von  
den studenten bey nachtlicher weil auf dem ring freventlich, on alle ursach  
und vorwissen uberfallen, beschedigt, gewund und beraubt worden, des

ich noch heut bey tag mercklichen schaden empfinde, das ich das meine mir zur selben zeit mit gewalt entwandt, nicht allein nicht wieder bekommen und mir keine gerechtigkeit, sonder ko. mt., meinem allergnedigsten herrn, hierinne verholffen werden, sonder auch nicht gewarsam und sicher für gemelten studenten meine wege wandlen kan, welchs alles mir zu sonderlichem spot, schmach und nachtheil gereicht. Derohalben an E. F. G., als meinem gnedisten schutzherrn, mein underthenigst, demütigst bit, E. F. G. wolle aus erwegung gemelter meiner bedrengten not, schaden und unschuld, mir hierinne in gnaden behulfflich sein, an ko. mt., meinen allergnedigsten herrn, ein furbit umb gnediges einsehen, hulf und schadens abtragung gelangen lassen, damit der unbilligkeit abgeholfen und ich ferner fur gewalt geschutzt und gehandhabt wurd... Datum zw Krokaw den 7 Novembris im jar nach Christi geburt 1558.

E. F. G.  
unterthenigster, gehorsamster

Hans Högman  
ko. mt. zu Polen obrister  
zeugmeister.

N. 149.

*Cracoviae, 27.XII.1558.*

*Ioannes Hageman (Hogman), primus armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
iterum intercessionem apud regem exposcit.  
(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*



# 1559

N. 150.

s.l., [initio IV.1559].

*Matthias Wołyniec, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci*

*ut occisores filii sui Sebastiani et alterius adolescentis, nobilis Stanislai  
Pilecki, ex carceribus dimissi et impunes, puniantur, sibi autem iusti-  
tia administretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Non est dubium Vestrae Illustrissimae Celsitudini, Princeps Illustris-  
sime, de crudelissima et innocentissima morte filii mei, Sebastiani Woli-  
niecz, et alterius nobilis adolescentis, Stanislai Pileczki, famulis <sup>2)</sup> Ve-  
strae Illustrissimae Celsitudinis, quos violentissimi homicidae, intrantes  
vi ad eorum proprium hospitium, incautos crudeliter occiderunt. Circa  
quorum occisorum cadavera cum ex offitio civitatis crudelissimi homi-  
cidae cum suis cruentis gladiis arrepti et incarcerati essent, tamen absque  
ulla poena contra omnes divinas, humanas et naturales leges libere di-  
missi sunt.

Ego, moestus et prae senio viribus consumptis Sebastiani pater, fui  
ante duos annos apud Vestram Illustrissimam Celsitudinem cum litteris  
Sacrae Maiestatis Regiae in Ragneta, cupiens mihi cum ipsis homicidis,  
sive eorum liberatoribus, iustitiam administrari. Vestra autem Illustrissi-  
ma Celsitudo ablegavit me ad Burggravium in Montem Regium. Domi-  
nus Burggravius, ut iustus et fidelis vicesgerens in loco Vestrae Illustris-  
sime Celsitudinis, iussit et mandavit Domino Iudici mihi iustitiam  
administrari. Scultetus autem Kneipoviensis iussit me ire Kawnam et  
ibidem fideiussores quaerere vel hic eosdem expectare, de quibus tum  
nihil mihi constabat, neque illos noveram. Ipsi sciunt, quomodo homi-  
cidas dimiserint. Ego, satis diu expectando, ab illis diutius iustitiam  
expectare non potui, nec quid expectandum esset, scivi, meum discessum  
Domino Burggrabio protestando discessi.

Quare iterum ad Vestram Illustrissimam Celsitudinem cum Sacrae  
Regiae Magestatis et aliorum magnificorum virorum commendatitiis lit-  
teris (licet causa mea per se est nota) venio et Vestram Illustrissimam  
Celsitudinem miser et afflictus senex per Deum obsecro, ut mandet  
Vestra Illustrissima Celsitudo mihi cum his, qui homicidas dimiserunt,

iustitiam administrare, ne tam horrendum et crudele scelus impunitum occasionem mali praebat. Ego, senex interfecti filii mei pater, in hoc totus sum, ut me adhuc vivente hoc negotium componeretur et meus et aliorum meorum filiorum animus placaretur.<sup>a)</sup> Vestraque Illustrissima Celsitudo efficere vel mandare dignetur, ne ego reos ad componendas pacem, sed me rei, vel qui eos liberarunt, quaerant. Quod Vestram Illustrissimam Celsitudinem, Principem iustum et christianissimum, facturam non dubito et me quietiori animo, quam ante biennium, hinc discesurum, fretus aequitate Vestrae Illustrissimae Celsitudinis et bonitate causae meae, confido.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis deditissimus  
Matias Vuoliniec, civis Posnaniensis.

a) *correctum ex*: placetur

z) *sic in ms.*

N. 151.

Posnaniae, 8.IV.1559.

*Albertus Caprinus, magister,  
Alberto in Prussia duci  
in Italiam profecturus rogat, ut eum dux ibi doctis et eruditis viris com-  
mendet.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps etc.

Non sum interpellaturus Vestram Illustrissimam Celsitudinem severioribus occupatam negotiis. Saltem illud indico Vestrae Celsitudini Illustrissimae, Domino meo clementissimo, (si Deus vellet) me constituisse in Italiam velle proficisci, ut eam, quam ingressus sum, discendi viam confirmem. Quare a Vestra Celsitudine peto, ut pro illa insigni et gratuita erga omnes studiosos clementia prosequi me non dedignetur meque Celsitudo Illustrissima Vestra iuvet et doctis, piis bonisque viris, quos in Italia Vestra Illustrissima Celsitudo habet, comendet.

Ego autem omni studio et genere officiorum meorum Vestram Illustrissimam Celsitudinem perpetuo colere non desinam, ita quod nullo unquam tempore in eo mea diligentia a nemine culpari poterit. Mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae Prognosin Polonicam, quam ut clementissime Illustrissima Celsitudo<sup>a)</sup> Vestra accipiat,<sup>b)</sup> maiorem in modum peto. Deus vivus et aeternus, Pater Iesu Christi, Domini, Liberatoris et Intercessoris nostri, Vestram Illustrissimam Celsitudinem incolumem ac florentem servet diutissime. Posnaniae, 8 Aprilis, anno Domini 1559.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
deditissimus  
Magister Albertus Caprinus.

a) *sequitur expunctum*: Vestra

b) *in margine.*

N. 152.

Cracoviae, 10.IV.1559.

Casparus Kochwitz, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
permissionem a rege sibi impetrari petit, ut in domo sua Cracoviensi  
in via s. Stephani (auf der Steffans gasen under dem pirnpaum)  
nonnisi Gedanenses, ad Comitata venientes, habitare possint.  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.439.

N. 153.

Posnaniae, 29.IV.1559.

Anna Trepka, vidua Eustathii,  
Alberto in Prussia duci  
subsidium petit, ut quinque liberos bene educare possit.  
(Germanice)

Vest. sigilli.

H B A, B 3, K.439.

N. 154.

Posnaniae, 5.V.1559.

Albertus Caprinus, magister,  
Alberto in Prussia duci  
in Italiam studiorum causa profecturus, auxilium et commendationem  
doctis ibi viris expetit.

Sigill.

H B A, B 3, K.439.

N. 155.

s.l., [10.IV.1559].

Matthias Wołyniec, civis Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
de non administrata sibi hucusque iustitia et de homicidis filii sui Seba-  
stiani et alterius adolescentis [Stanislai Pilecki] sine ulla poena ex  
carcere dimissis conqueritur.

Sine sigillo.

H B A, B 3, K.439.

Iam tres septimane preterierunt, quando huc veni, Princeps Illustris-  
sime, et Vestrae Illustrissimae Celsitudini Sacre Magestatis Regie cetero-  
rumque Magnificorum Dominorum litteras obtuli, sed nulla ad hucusque

tempus iusticia mihi administrata est, que debuit fieri, priusquam corpora innocentum octisorum adolescentium<sup>a)</sup> sepulta essent. Homicide autem in recenti facto inventi incarcerati, et tamen sine ulla poena dimissi sunt.

Dominus Burgrabius dixit mihi illos velle dare mihi quandam pecuniam, quae vocatur vergelt, que datur pro capitibus illorum, qui inferendo vim aliis occiduntur. Ipsi autem praedicti vi occisi adolescentes nullam vim intulerunt nec quenquam vulneraverunt, sed in proprio hospicio quidem, sine armis et in ipsis saltim indusiis, misere vi interfecti sunt. Quare Vestram Clementiam rogo, Princeps Christianissime et Clementissime, et per Deum (moestus senex valetudinariusque occisi Sebastiani pater) obsecro, iubeat Vestra Illustrissima Celsitudo illis, qui rei sunt, de hoc negotium mecum componere, nec me diucius hic detinere, ut quietus domum redeam aliosque meos filios, cognatos et agnatos (ne hoc malum et dolor illorum post mortem meam in virus converteretur) quietos et placatos reddam. Quod Vestram Illustrissimam Celsitudinem facturam non dubito et me in gratiam una cum negotio meo commendo.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis deditissimus  
et moestus pater occisi Sebastiani  
Mathias Volinicz, civis  
Posnaniensis.

a) *verbum correctum.*

# 1560

N. 156.

s.l., [ante 1.VII.1560].

*Volfgangus Nimpsch, Ioannes Spil, vidua et heredes Caspari Lebner, ci-  
ves Caunenses,  
Alberto in Prussia duci  
de Andrea Schultze, syndico Caunensi, conqueruntur et intercessionem  
contra eum apud regem et Nicolaum Radziwiłł, palatinum Vilnen-  
sem, expetunt.  
(Germanice)  
Sigill.  
H B A, B 3, K.439.*

N. 157.

Vilnae, 29.XI.1560.

*Cyprianus Heraclides Basilicus  
Alberto in Prussia duci  
carmen musicum (quod deest) dedicat.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Ab infantia usque mea semper mihi hoc erat curae, ut in summorum virorum, eorum potissimum, quos homines suspiciunt omnes, gratiam devenire possim, hoc ipsum collocans magnae foelicitatis loco, si in Principum clientela vivens, eorum patrocinio et gratia non contemnenda gauderem. Et cum audirem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae heroicas virtutes et opera magnifica, quorum fama totum ferme penetravit orbem, optavi, ut saltem liceret manum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae cum humillima servitorum meorum commendatione exosculari. Illa etiam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae vere christiano Principe digna pietate atque adeo erga omnes studiosos gratia singulari fretus, induxi in animum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, Domino meo clementissimo, aliquid laboris mei dedicare, ut eo ipso gratiam Illustrissimae Celsitu-

dinis Vestrae mihi conciliare et in numerum clientum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae pervenire possim.

Et si autem huius rei mihi conscius sim, hoc munusculum meum tanto Principe minus dignum esse, credo enim Illustrissimam Celsitudinem Vestram longe meliora ab excellentissimis nostrae aetatis musicis habere, nihilominus tamen gratiae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae fidens, spero Illustrissimam Celsitudinem Vestram tam benignis auribus velle audire corvi strepitum atque cygni dulcissimum cantum, quandoquidem cygno canente liberum est corvo crocitare. Quapropter obnixè peto, Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, ut hoc parvum munusculum a me oblatum placido vultu excipere meque in sua gratia atque patrocinio clementer conservare dignetur. Dominus Deus Illustrissimam Celsitudinem Vestram diu nobis servet incolumem ad Reipublicae Christianae utilitatem et Ecclesiae suae consolationem. Datum Vlnae, 29 Novembris, anno salutis 1560.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
humillimus servitor  
Cyprianus Heraclides Basilicus.

N. 158.

*Augustoviae, 30.XII.1560.*

*Proconsul et consules Augustovienses*

[*Georgio Krösten*] (*in ms. Cresel*), *capitaneo Lecensi*,

*de negotio Annae Daczbogowna, quae coram eis de marito suo, Georgio Baranowicz quæstæ est, quod cum ipse multa crimina perpetrasset, eam iniuste infidelitatis et furti accusaverit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

Vyelmożny Panye a Panye nasz M., Panye Starosztha Leczky *etc.*  
Przy thym oznaymuyem V. P. M., Panye Starosta Leczky, pysanym lystu naszego, ysz przychodzyla do nasz do urzedu nasego Anna Daczbogowna s Prostkow s panyszta I. Kxyazeczey M., ktora u nasz myaskala s themze Iurkyem Baranowyczem, opowedayaczy szwoy zal y wyelyka lethkosc na thegosz Yurka Baranowycza, kthory on szya wrzuczyl na yey poczywosc przed vyelmożnoszcą urzędu mayestatu I. Kxya.czey M. Povyedzyl ją bycz, za laszką, nycznothlywą kurwa, yszby ona yemu myala utraczyz yego myenye, vashnosczy yako sto kop monethy polszky, gdje ona temu sluszny a dostateczny zwoth przed urzadem naszym augstowszkyem dala y postawyla przed namy szwyathkow, dwanaszczya mązow, myesczan vyarygodnych, ktorych ymyona są: Andrzey Tuczyenszky, Mathis Drohyczany, Mycolay Byenyak, Marczyn Poloszky, Mathis Pyątkowszky, Marczyn Kulyesza, Szczesny Pyathek, Mathis Grelyczky, Mathis Comorowszky, Ian Organysta, Stanislaw Szmurlo, Grzegorz Stalmach y yego mauzonka Iagnyeza. Tedy czy mązowye przed namy zeznaly mową y gloszy yednakyemy, ysz ta Anna Daczbogowna yest daly Bog dobra a uthczywa zona, y chowala szyą tu myedzy namy w cznothlywey utczy-

vosczy; day thak Panye Boze koszdy dobry y nasze dzyathky, aby szyą thak cznothlywye chovaly, nye thak yako on yą oszlawyl przed mayestathem panow I. Kxyazaczey M., ysz powyedzyl przed ych mylosczyamy, zeby myal pan Falczewsky<sup>1)</sup> yego mayathnoszcz wszythka yemu pobracz dlya nyey, to szyą da Pan Bog thak nye naydzye, czego uczynya dowoith lysthy I. M. sluszny pana Falczewskyego, albowyem nygdy yego nye szadzano dlya yey,<sup>a)</sup> yeno dlya yego zbrodny, ktora on czynyl, yako szya byl nalozyl z dawnych czasow.

Laszkawy Panye myly Starosta, i to thesz osznaymuyem V. P. M., ysz gdy byl poszadzon de kaszny od I. M. Pana Falczewskyego, thedy szya vylamal y uczyekl sz czwyerdzy od mauzonky szwey y od dzyathek y wszego szwego myenya. Thedy to pan Falczewsky myanowal byl to pobracz na dwor I. K. M. Tedy pan Mathis Dlugosz, komornyk szyem-szky V. P. M., byl na then czas w Augusczye, y sz ynszemy szwemy krewnemy, y uprosly to wszythko V. I. M. Pana Starosty, ze wszythko ostanęlo przy dzyatkach tego Iurka, ono myenye, ktorego byl odbyezal nyecznothlywye. Albowyem iusz byl ukrathl tha szwa mauzonka od szwego myenye y oth szwech dzyathek, czo przed namy czynyla szwyadeczthwo Grzegorzowa Stalmachowa, yako yą wykrath, a to tha sprawą, gdy sla po trawą thą Stalmaszka; tedą ta Yurkowa badaczy klopothna: poyda yą s thobą. Y szlą z nyą za most; yescze nye doszly do trawy, a Iurek wyrwal szyą sz chrustu y porwal ya za raka y yal uczyekacz z nyą, a Stalmaszka, zlyaknyona yala uczyekacz z wylkyem volanyem, ze Iurek Iurkowa porwal za raką y uczyeka z nya do pusczy, gdzye y tha Stalmaszka myala vyelyką trudnoszcz o nyą, bo thak koszdy movyl, asz by yą myala vydacz yemu, a tesz slyszely nyektorzy rybaczy, gdy szyą u nyego modyla: puszcz myą do dzyeczy. Tedy z rozkazanya panyszkyego y urzadu gonyono go. Yeno ze nye drogą szet z nyą, thedy go nye mogly traphycz; a by go byly traphyly, iusz by byl wzial szwa zaplatha.

A czo szya thknye yego wszego myenya ruchomego, tho wszythko szweyebodnye pobral, yako bydlo, owcze, szwynye, kury, gaszy, kaczkzy, pszoly y wszythko domosztwo. Zboze to yego brath Mathis pomloczyl y powozyl, a to wszytko puszczone, patrzaczy na dzyathky y na placz yey szamey, a by w Yurkowo, muszyaloby to wszythko przepadnac. Tego doszwyathczayą czy dwanasczysza szwyathkow, wyerzch pyssany, ze thak yest.

A dlya they szwey mauzonky nycz nye utraczyl, yeno dlya szwego zloczynsztwu utraczyl, bo barzo vyelyką szkodą czynyl I. K. M. y Kxyazaczyu I. M. w puszczy y szwemi thowarzyszmy, ktorych on lyeppey wye y zona, ktorey on they szwey mauzoncze barzo vyelykye przeszprawye czynyl, nye vypysalby na volovey szkorze. W czem ona nasz proszyla o thakowem szluznem doszwyatczyenyu przed urzadem naszym ku V. P. M. o lyst vyznany. Przeto my, yako ządany, osznaymyamy V. P. M. iako panu krzesczyanskyemu, przesz thakowe doszwyathczyenye ludzmy dobremy, a nyepodeyrganemy, aby ona na them vyaczey nye szkodowala...

Z Augusta, w ponyedzylalek po Bozym Narodzenyu lyatha Bozego 1560.

Na wszem povolny

Voyth, Burmystrz y Rayczy Myasta Augusta.

a) *in margine.*

1) *Petrus Chwalczewski, cap. Cnissinensis.*

*Ioannes Seclucianus*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Alexandro de Ribizal, neptis suae marito, intercedit, ut ei possessio a duce olim donata, nunc vero a capitaneo Rinensi denegata, restituitur.*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.439.*

Illustrissime Princeps ac Domine Clementissime.

Non dubium est Vestrae Illustrissimae Celsitudini, quod ego ante 18 annos meas ex fratribus duobus duas iuenculas mecum aduxerim puellas, quas cum summo studio et sumptu non parvo educare studueram, educatasque bene matrimonio locaveram, ut etiam cum posteris suis propagarent gloriam Dei et Vestrae Illustrissimae Celsitudini in hac provincia servirent. Unam dedi in uxorem Iacobo Wilamowio, parocho villae Sancti Nicolai, alteram vero Alexandro Reter de Ribizal, Vestrae Illustrissimae Celsitudinis olim veteri garen magistro. Et cum scivi eidem Alexandro a Vestra Illustrissima Celsitudine pro meritis suis et laboribus, quos fecit apud Principem Mekelburgensem, non minus propter intercessionem Vestrae Illustrissime Celsitudinis filiae, quendam, ut vulgo vocant Germanice, Kosnort, licet exiguum, quia saltem unum mansum cum dimidio continet, a Vestra [Celsitudine] donatum esse et per Capitaneum Rinensem emensuratum eidem Alexandro, in quo dotem uxori suae et sorori meae promisit, quem cum excellere coepit ipse, ei possessionem denegat et alteri, ut mihi dictum est, in odium ei vendidit.

Quare Vestrae Illustrissimae Celsitudinis clementiam diligenter rogo, ut eidem Alexandro Vestra Illustrissima Celsitudo possessionem secundum donationem dare mandet. Similiter et privilegium dare iubeat, quia ad priora bona sua habet priores haeredes, ut soror mea post mortem huius praedicti Alexandri sua dote non frustraretur. Quod Vestram Illustrissimam Celsitudinem facturam non dubito et gratiosum responsum peto, quem<sup>2)</sup> hic soror mea gravida expectat.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
deditissimus

Iohannes Seclucianus.

2) sic in ms.



# 1561

N. 160.

Vilnae, 22.II.1561.

*Valentinus Backfarth*

*Alberto in Prussia ducti*

*ex Hieronymo Eynwalt ducem intellecturum esse significat, cur promissa carmina duci hucusque non miserit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.439.*

N. 161.

Posnaniae, 14.IV.1561.

*Matthias Polej*

*Alberto in Prussia duci*

*transmittit litteras Stanislai Ostororog; epistolas ducis ad Gulielmum a Rosenberg per alium tabellarium se misisse nuntiat, primo mortali morbo oppresso.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Durchlauchtigster etc.*

Ich will undertheniger meinung E. F. G. nicht vorhalden, wie das s. g. der wolgeborne her, her Stentzlaw graffe von Ostororogk etc. mir einen brief ahn E. F. G. lautend, zugeschickt mit beger, denselbten durch einen eignen botten ahn E. F. G. abzusenden, welchs ich auch dan also wirglichen vordgstelt.

Und kan dobei E. F. G. nicht bergen, das der botte, welchen E. F. G. ahn s. g. den hern Wilhelm von Rosenbergk abgesand, alhier zu Posen in todliche kranckheit gefallen. Nachdem ich aber des<sup>a)</sup> vorstendig und auch E. F. G. brieffe gesehen, dieselbten zu eignen henden des hern von Rosenbergk etc. geschriben, habe ich dieselbten brieffe durch einen andren gewissen botten von hinnen vordgesand, damit E. F. G. nichts vorseumet wurde, dan E. F. G. in viel mehren begehliche angenehme dinste zu leisten ehrkenne ich mich in underthenigkeit schuldig... Datum Posen den 14 Aprilys anno etc. im 61ten.

E. F. G.

underthenigster diner

Matthies Poley, der graffen  
zu Gorka etc. diner etc.

a) *suprascriptum.*

N. 162.

Posnaniae, 17.V.1561.

*Matthias Polej*

*Alberto in Prussia duci*

*de morte tabellarii, epistolas ducis ad Gulielmum a Rosenberg portantis, et de negata ei a catholicis in loco sacro sepultura.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

Durchlauchtigster *etc.*

In underthenigkeit gebe ich E. F. G. hiermit zu wissen, das der botte, welchen E. F. G. ahn den hern von Rosenbergk *etc.* abgesand gehabt, alhir zu Posen seinen geist in grosser gedult aufgegeben und im freien felde (dan inen des antichristi halungken, dieweil ehr von Kunigsbergk gewest und fur einen lutterischen ketzer gehalten, <sup>a)</sup> aufs geweite nicht annemen wollen <sup>b)</sup>) begraben worden.

So ist gestriges tags der botte vom hern von Rosenbergk alhier auch ankomen, mit sich, das ehr die briefe geantwort, kundschaft gebracht und diesen bescheid, das s. g. der her von Rossenbergk durch sein eigne post auf dieselbten briefe E. F. G. beantwort.

Und das E. F. G. diese meine geringste dinst zu gnaden annemen, ist mir in demutt zu vornemen hoch freudsam gewest, kunde mir aber nichts angeneiners fallen, als da ich in viel mehrem und grosserem E. F. G. underthenige, trewe und nutzliche dinste leisten kond und mocht und ist keiner ehrstattung des bottenlons noddig... Datum Posen den 17 May anno *etc.* im 6lten.

E. F. G.

underthenigster trewer diner

Matthies Polej *etc.*

a)-b) *in margine.*

N. 163.

Lomzae, 10.XII.1561.

*Balthasar Sturmer*

*Alberto in Prussia duci*

*absente capitaneo Lomzensi, Hieronymo Modliszewski, negotium sibi commissum expedire se non potuisse nuntiat; significat de drabantibus a rege contra Moscos conducendis.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

# 1562

N. 164.

Posnaniae, 1.II.1562.

*Anna Trepka, vidua Eustathii,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut dux gratiam filio suo exhibitam conservare pergat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.439.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quod Illustrissima Vestra Celsitudo tantam clementiam in filium meum exercet, gratias dignas agere nunquam possum, sed aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi ardentibus votis precor et quoad vixero precabor, ut Illustrissimae Vestrae Celsitudinis filio vicissim eiusmodi tutores et patronos largiatur, cuiusmodi Illustrissima Vestra Celsitudo meo orphano filio dare dignatus est. Nam ego, misera orphana et omnibus contumeliis et iniuriis exposita vidua, tantum abest, ut meis filiis et filiabus consulere possim, ut etiam vix misereque me ipsam parce et duriter victum quaerendo sustentare queam. Hoc tantum ab Illustrissima Vestra Celsitudine demisse et suppliciter contendo, ut Illustrissima Vestra Celsitudo eandem praeclaram et vere paternam illam suam clementiam erga filium meum conservare dignetur. Ego Deum perpetuis precibus fatigabo, ut Illustrissimam Vestram Celsitudinem una cum filio eiusdem diu salvam et superstitem conservet et tueatur. Data Posnania, Calendis Februarii 1562.

Illustrissimae Vestrae Celsitudinis  
mancipium  
Anna vidua olim uxor Trepcae.

# 1563

N. 165.

Lomzae, 7.I.1563.

*Proconsul et consules Lomzenses*

*Alberto in Prussia duci*

*rogant, ut concivi eorum, Alberto Bassik, cui a capitaneo arcis Szczytnensis iniuria illata est, iustitia administretur resque a dicto capitaneo ablatae restituantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Non ita pridem concivis noster Albertus Bassik graviter, nec non sine lachrimis coram offitio nostro consulari questus est in et contra Generosum Dominum Laurentium, Capitaneum arcis Scithnensis, famulum Illustrissimae Dominationis Vestrae, quia ille iusticia a nobis prius non petita, si in aliquo eidem Domino Capitaneo debitus extitisset, eundem cum suis rebus Gedanam<sup>a)</sup> versus euntem cum curribus duobus et equis duobus eundem arrestavit et retinuit, immo dictas res illius pro usu suo acceperat. Quod fecit contra omne ius equitatis, sibi iusticiam administrans. Quocirca Illustrissimam Dominationem Vestram duximus rogandam, quemadmodum et rogamus, quatinus dicto concivi nostro cum praefato Domino Capitaneo iusticiam ministrare et res eidem acceperat restituere, et nos, si quid concivis noster tenetur vel quispiam alius, iusticiam debitam facere non procrastinatam non negligemus. In defectu Maiestatis Regiae eandem iniuriam concivis nostri defferendam putavimus. Confidimus certo, quod eidem concivi nostro iusticiam facere dignabitur... Datum Lomze, feria quinta in crastino Epiphaniorum, anno Domini 1563.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
deditissimi famuli  
Proconsul cum Consulibus civitatis Lomzensis.

a) *in textu forte correctum in: Gedaniam vel  
Gedanum*

N. 166.

Pinczoviae, 15.III.1563.

*Franciscus Lismaninus  
Alberto in Prussia duci*

*epistola eiusdem fere tenoris et formae, sed paululum minus ampla, ac  
litterae die 19.III.1563 datae (cfr. notas in N. sequenti).*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

N. 167.

Pinczoviae, 19.III.1563.

*Franciscus Lismaninus  
Alberto in Prussia duci*

*doctrinam suam de SS. Trinitate contra Stancarum exponit; nuntiat de  
proposito suo una cum suis ad duces confugiendi.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Inter Minoris Poloniae reformatas Ecclesias tandiu vera pax grataque concordia pulchre vigit, quandiu Franciscus Stancarus Mantuanus, ambitionis mancipium discordiarumque seminarium ab illis abfuit. Verum posteaquam is praesens Ecclesias ipsas suis opinionibus, et vanis et impiis, interturbare coepit, suspitiones primum, mox dissidia, postremo etiam odia plus quam vatiniiana inter eas inde orta esse compertum est. Ego vero, ut qui nihil aliud magis exoptem, quam in hac mea senectute, quod reliquum vitae mihi superest, pacate tranquilleque transigere, constitueram omnino, ut eiusmodi seditiones evitarem, ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam cum meis me conferre.

Nam mihi persuasissimum erat id me isthic facile posse consequi vel eo nomine, quod humanissimis Illustrissimae Celsitudinis Tuae litteris, unis quidem ad clarissimum virum, Dominum Vergerium, de me, binis autem etiam ad me missis, benignissime invitabar in haec verba: Domino Francisco Lysmanino aperimus nostrum Ducatum et, si venerit, curabimus, ne esuriat et sitiatur cum suis, ut interim de docta piaque Illustrissimae Tuae Celsitudinis epistola, per quam, audita proscriptione mea fideique meae confessione perlecta, me ad patientiam adhortata est, tum de altera, per quam Serenissimo Regi<sup>a)</sup> non solum me commendavit, sed et meam causam apud illum diligentissime egit, tum denique de pluribus aliis, ad quam plurimos nobilissimos Senatores, quo mihi conciliaret ipsorum favorem, datis, nihil hic referam.

Sed enim dum haec meditatur, ecce tibi duarum Generalium Synodorum autoritas meum hoc institutum iter impedivit. Proposito nanque honorificentissimo decreto mihi prospexit, ut et annum stipendium ad

comparanda vitae necessaria commodum haberem, et meum, quo gravabar atque etiamnum gravor, aes alienum solveretur. Interea avodum sic expectamus, ut constitutum salarium nobis exhibeatur, Francisci Stancari furiosis clamoribus ac nonnullorum ex nostris invidia factum est, ut quae mihi destinata fuerant, non sint reddita neque adhuc redantur. Quamobrem quum neque dissidiis finem his imponi viderem, neque mihi promissa servarentur, iterum decreveram ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam cum meis proficisci.

At enim dum secundo me rursus ad iter accingo, gravis adeo me morbus de repente invasit, ut annum integrum in lectulo decumbere sim coactus. Id quod non solum meam profectionem impedit, sed me insuper ad talem redegit inopiam, ut equos, hic mihi alioqui maxime necessarios, dividere me oportuerit, quo meis ac meorum indigentibus inde succurrere.<sup>b)</sup> Quin ob id ipsum ne a bibliotheca quidem mea distrahenda abstinuissem, nisi mihi vita sine libris fuisset acerbissima.

His igitur de causis, quum neque per me iam isthuc accedam,<sup>c)</sup> neque urgentibus necessitatibus resistere diutius valeam, <sup>d)</sup> hunc virum pium, Dominum Lucam Mundium Marcinidem, ut ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam cum meis litteris proficisceretur, summopere rogavi, non tantum ut per eum <sup>e)</sup> hoc illi plane significem, sed ut etiam suppliciter ab illa petam, ut quod opus in me iuvando atque ornando iam pridem coepit, id nunc demum penitus perficiat, nimirum ut a Serenissimo Rege <sup>f)</sup> tantum annui redditus assignandum mihi procuret, quantum ad me nutriendum mea cum familia sufficere posse videatur. Non vereor a Sacra <sup>g)</sup> Sua Maestate, cum pro ipsius in omnes beneficentia, tum pro sua in me clementia,<sup>h)</sup> facile id impetrari valere, modo Illustrissimam Celsitudinem Tuam hac in causa apud Suam Maestatem <sup>i)</sup> patronum habeam. Nec mihi vitio verti debere arbitror, quod in re tanti momenti meaeque familiae tam necessaria Tuam Illustrissimam Celsitudinem interpellam,<sup>j)</sup> cum ingenui sit animi (ut ille ait), cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.

Caeterum ne Stancariana calumnia hic mihi obesse queat, ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam meam de Sacrosancta Triade <sup>k)</sup> sententiam mitto, quam tamen non ex meo cerebro sane hausit, sed primum ex Dei verbo, deinde ex Symbolis: Apostolico, Nicaeno, Constantinopolitano atque ex eo, quod sub Athanasii nomine receptum est, denique ex orthodoxis Patribus, nempe Iustino, Irenaeo, Hilario, Athanasio, Basilio, Nazianzeno, Ambrosio, Augustino, Cyrillo, huiuscemodique compluribus aliis. Quoniam vero ex parte una Stancarus, ex altera autem quidam ex nostris, prorsus imperiti, per occasionem doctrinae huius de Trinitate papistas etiam contra nos incitare atque irritare solent, quo pacto ipsam doctrinam Thomas Aquinas, theologorum scholasticorum summus,<sup>l)</sup> exponat, <sup>m)</sup> confessioni nostrae inserere libuit.<sup>n)</sup>

Et ne sine Theseo in hanc arenam descendisse videar, Basilium Magnum in hoc articulo explicando peculiariter sequor. Cuius quidem Basilii sententiam hic etiam transcriptam misi, quo antequam Illustrissima Celsitudo Tua ad Serenissimum Regem mea causa det litteras, omnino cognoscat, an Lysmaninus cum Arrio sentiat, ut calumniatur Stancarus, necne, vel cum Sabellio, quem idem Stancarus re ipsa (licet verbis abhorreat) ita sequitur, ut in doctrina de Mediatore contra omnes reformatas Ecclesias deliret penitus. Quum enim apud orthodoxos Patres legit: Patrem, Filium et Spiritum Sanctum esse unum Deum, non id intelligit (velut Athanasii Symbolum declarat) unius essentiae, ne trium divinarum personarum substantia separaretur, sed somniat eo loci unum Deum significare

unicum Deum, vel singularem Deum, vel solitarium Deum, quemadmodum etiam Sabellius e philosophorum sententia de uno Deo sentiebat.

Verum haec ipsa Illustrissimae Celsitudini Tuae ex eruditis, qui suo in Gymnasio theologiam profitentur, viris arbitror esse notissima. Nihilominus non ab re fortasse fuerit, antequam penitus a Stancaro recedamus, quonam Achyle,<sup>o)</sup> suum is de Mediatore delirium tueatur, verbulo indicare: Quomodo, inquit, Christus, ut Deus, Mediator esse possit, cum non nisi unus sit Deus? Nam ita fieret, ut et Pater et Spiritus Sanctus esset itidem Mediator. Quid ais,<sup>p)</sup> inepte Stancare? Non animadvertis te in hac voce: unus, hallucinari? Quum unum more Sabellii et accipias et interpraeteris? Fatemur et nos Patrem, Filium et Spiritum Sanctum unum esse Deum, videlicet unius divinae naturae, vel unius deitatis, unius potestatis, unius maiestatis uniusque honoris, at non unius personae, quandoquidem (ut Hilarius atque Ambrosius aiunt) Pater et Filius unus Deus non persona, sed indifferenti natura prorsus est.

Verum Illustrissimam Celsitudinem Tuam Magnum Basilium et Thomam Aquinatem, necnon Augustinum de his disserentes audire malo, quam paucula ex me carptim intelligere. <sup>r)</sup> Porro quae Illustrissimae Celsitudini Tuae nunc mitto, Petricoviam quoque ad Serenissimum Regem, necnon ad Regni Primatem misi,<sup>s)</sup> quo singulis innotescat et me de Sacrosancta Triade recte catholice sentire, et Stancarum potius (ut ita dicam) sabellianizare. Fecerit autem Illustrissima Celsitudo Tua rem gratissimam, cum mihi, tum piis omnibus ministris ac nobiles, qui de hoc articulo idem sentiunt, si quae hic ex ipso Basilio Thomaque et Augustino transcripta sunt, istius Academiae Doctoribus examinanda tradiderit, <sup>t)</sup> typis deinde iusserit excudi. Finem scribendi faciam, si unum hoc tantum adidero, me scilicet Illustrissimam Celsitudinem Tuam vehementer etiam atque etiam rogare, ut ea, quae noster hic frater, Dominus Lucas Mundi, illi seorsum referenda ex me accepit, quae Tuae Celsitudinis Illustrissimae singularis benignitas est, benigno responso dignetur.<sup>u)</sup> Humanarum rerum moderator Deus Illustrissimam Celsitudinem Tuam incolumem diu foelicemque conservet. Pinczoviae, 19 Marcii, anno Domini 1563.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Tuae

<sup>v)</sup> obsequentissimus servitor

Franciscus Lysmaninus.<sup>w)</sup>

a) *in alio orig. (de 15.III.):* Serenissimae Maestati Regiae

b) *in alio orig.:* succurrerem

c) *in alio orig.:* accedere

d)-e) *in alio orig. haec verba desunt, loco eorum legitur:* has meas literas ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam mitto, non tantum ut per eas

f) *in alio orig.:* Serenissima Sua Maestate

g) *in alio orig.:* Serenissima

h) *in alio orig.:* benevolentia

i) *in alio orig. sequuntur verba:* quae nihil illi negare consuevit

j) *sic in ms., in alio orig.:* interpellem

k) *in alio orig.:* Sanctissima Trinitate

l) *in alio orig.:* inter theologos scholasticos non postremus

m)-n) *in alio orig.:* ad Illustrissimam Celsitudinem Tuam scribere libuit

o) *in alio orig.:* Achilli.

p) *in alio orig.:* agis

r)-s) *in alio orig.:* Porro eiusdem Basilii, necnon Augustini et Aquinatis repositas hic sententias Petricoviam quoque, ad Serenissimam Regiam Maestatem compluresque alios, ibi nunc publicis in Comitibus agentes, misi

t)-u) *in alio orig. hoc fragmentum deest, cuius loco legitur:* meque de ipsorum iudicio fieri iusserit certiore.

v)-w) *manu propria.*

N. 168.

*Petricoviae, 7.IV.1563.*

*Balthasar Sturmer*

*Alberto in Prussia duci*

*novas litteras ad Ioannem Dulski expetit; ducem in domum suam Lomzensem ad tempus Comitiorum invitat; petit permissionem ad lucios in capitaneatu Olecensi bono pretio coemendos; commendationem huius causae apud Regni vicecancellarium, Petrum Myszkowski, expetit.*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

N. 169.

*Vilnae, 2.VIII.1563.*

*Consules civitatis Vilnensis*

*universis*

*de litteris citationis Melchiori et Annae coniugibus Pruski in manus traditis et ab eisdem coniugibus non acceptatis.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Consules Consularesque civitatis regiae Vilnensis significamus literis praesentibus quorum interest universis et singulis, nos ad requisitionem Magnificorum et Spectabilium Dominorum Consiliariorum Regentium Ducatus Prussiae et Iudicum civitatum et castris Regismontani,<sup>2)</sup> apud nos per literas suas factam, addidisse et misisse ex officio nostro consulari bedellos seu nuntios et famulos civiles iuratos, Nicolaum videlicet Ostapkonem, excellenti viro, Domino Christophero Alczunio, ad tradendam exequendamque citationem literalem eorundem Dominorum Regentium et Iudicum memoratorum, in manus providi et honestae Melchiori Pruski et Annae, eius coniugi. Qui quidem famuli praefati reversi coram nobis recognoverunt et retulerunt se apud coniuges nominatos in domo habitationis eorum fuisse eisdemque literas citationis obsignatas in manus porrexisse tradereque voluisse, eisdem terminum in eis descriptum diem 27 Septembris praefigendo et assignando. Verum tamen utrumque eorum, uti Melchiorem praefatum, sic etiam et Annam, eius coniugem nominatam, huiusmodi literas suscipere noluisse, nec accepisse respondisseque ac dixisse, se hic esse bene possessionatos velleque se hic unicuique iustificaturum. Quorum quidem famulorum relationem, eo modo, ut praemissum est, factam, dictus Dominus Christopherus acticandam petiit rescriptumque eiusdem sibi dari postulavit. Idque ad eius petitionem est admissum ac concessum. In praemissorumque horum omnium fidem et evidentius testimonium sigillum nostrum consulare est subimpressum. Actum Vilnae, die 2 mensis Augusti, anno Domini MDLXIII.

<sup>2)</sup> sic in ms.



*Ioannes Seclucianus*

*praesuli [Ioanni Aurifabro] et ceteris membris concistorii Sambiensis pro laboribus suis pastoralibus auctionem salarii expetit.*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 3, K.440.*

Reverendissime Domine Presul et vos caeteri, Doctissimi et Clarissimi Viri.

Iam, ni fallor, quattuor<sup>2)</sup> elapsi sunt anni, quum ad Vestras praesentias, Visitatores a nostro Illustrissimo Principe constitutos, vocatus eram et ibidem coram Vestris Excellentissimis necessitatem, defectum et solarii exiguitatem paucis exposui et declaravi. Ex qua visitatione putabam et ardentem expectabam solarii mei pro tanto labore auctionem, sed ad hunc usque diem nihil factum est. Quoties supplico Suam Illustrissimam Celsitudinem, toties me ablegat ad Vestras Excellentias. Itaque et iterum nunc Vestris Excellentissimis meam necessitatem iterum expono, quam ut Vestrae Excellentiae diligenter legant et ad bonum effectum deducant, officiose rogo.

Iam iam ultra 20 annos in his tribus civitatibus graves et molestos ecclesiasticos perferro labores, non solum concionando, sed etiam per omnes tres civitates, suburbia et Illustrissimi Principis predia cursitando, aegrotos consolando et Sacramento fidem illorum confirmando, carceres ad captivos visitando sceleratosque extra urbem ad loca supplicii deducendo et in fide confirmando et consolando, in matrimonium quoque in omnibus tribus civitatibus Polonicum populum coniungendo, et multa alia. Pro tantis autem laboribus et molestiis 60 tantum marcae mihi a tribus civitatibus per integrum annum numerantur, de accidentiis nihil est. Ex his autem 60 marcis deberem me ipsum, uxorem, liberos et familiam alere et vestire et totam domum sustentare, quod est impossibile, praesertim hoc tempore, quo omnia cara sunt ad victum necessaria.

Ex hac etiam exigua pecunia oportet me, cum tam saepissime vocor et uxor mea ad sublevandum ex fonte baptismatis pueros (prout ipsa pietas christiana suadet), aliquid numerare. Quid multis? Pecuniam meam, quam mecum ex Polonia portavi, totam, partem in victum, partimque in excudiendis piis et christianis libris in hoc offitio existens totam consumpsi. Ex quibus (diis gratia) tota Polonia, Lithuania, Russia et Masovia et alii Poloniae<sup>2)</sup> linguae homines aedificati sunt. Primus enim ego in hoc offitio existens, pios libellos in linguam Polonicam transtuli, aliquos ipse composui et edidi, et totum Novum Testamentum in Polonicam linguam transtuli et meis propriis sumptibus edidi. Ex his autem Polonicis libris habui aliquam sustentationem ad victum meum. Nunc autem non solum mei libelli, sed etiam tota doctrina Saxonicarum Ecclesiarum a Sacramentariis in Polonia, Lituania, Russia, Masovia et Podolia eiecta est et Sacramentariorum libellis omnes anguli repleti sunt, et quomodo me sustentarem in hac senectute mea cum parvulis liberis meis et uxore deberam,<sup>2)</sup> non intelligo, in qua fodere iam non valeo et mendicare erubesco. Pueri mei adhuc infantes sunt, uxor saepissime aegrotat et mihi per se senectus mea morbus est. Itaque in hac mea necessitate ad Vestras Excellentias tanquam ad sacram anchoram confu-

gio, quibus ministri ecclesiarum cum eorum necessitatibus ab Illustrissimo Principe, ut provideantur, commissi sunt.

Rogo itaque Vestras Excellentias, per Deum obsecro, ut Vestrae Excellentiae cum Illustrissimo Principe, etiam harum trium civitatum Senatoribus ita agant, ut ego iustum solarium pro meis laboribus habere possem, cum Scriptura Sacra iubet eos, qui altari serviunt, ut ex altari vivant. Dignus enim est operarius mercede sua. <sup>a)</sup> Quod Vestras Excellentias facturas non dubito <sup>b)</sup> et gratiosum responsum, quam citissime potest, opto atque obnixè peto. Datum in edibus meis 12 Novembris, anno 63.

Vestris Excellentissimis addictissimus  
Verbi Dei Minister et propter Evangelium Exul  
Ioannes Seclucianus.

a)-b) in margine.

z) sic in ms.

N. 171.

Regiomonti, [1563-64].

*Proconsul et consules trium civitatum Regiomontanarum  
Alberto in Prussia duci*

*pro Ioanne Secluciano intercedunt, ut ei annum stipendium augeatur,  
ne totum eius sustentandi opus in eorum ecclesias reponatur.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Durchlauchtster, hochgeborner, gnedigster furst und herr.

Neben unsern unterthenigen, willigen und gehorsamen dinsten, haben sich E. F. D. aus hiebeiliegender \*) des wirdigen hern Iohannis Secluciani supplication an uns, als der dreier stedte rethe gestellet, gnedigst zu ersehen, wes sich seine werden in seinem schweren tragenden ambt vonwegen seiner geringen besoldung zum hochsten beschweren und beklagen thutt, darob wir nicht unbilliche christliche mitleiden tragen. Möchten auch dem gutten hern vonwegen seiner getrewen vielfeltigen dinste, domit er nicht allein bey diesen dreien stedten, sondern auch bey E. F. D. dienern und untersassen ufm Rossgartten, Tragheim und anderswo viel nutz geschaffet, gerne geholffen und innen seines vielfeltigen beklaagens errettet und entnommen sehen. Wo das einkommen dermassen bey unsern kirchen geschaffet, das wir es immer zu erstrecken, dann E. F. D. haben sich gnediglichen zu erinnern, was fur einkommen in der jungsten visitation bey unsern kirchen befunden, dadurch die diener, so fur alters zun kirchen vorordenet, schwerlich und kummerlich können oder mögen erhalten werden. Es seindt auch dieselben einkommen so gnaw distribuiet, das wir auch zu erhaltung der kirchengebaw zur notturft schwerlichen etwas nach gehaltener jahrrechnung erobern können.

Über das haben wir umb des littauschen und polnischen gesindes willen den littauschen und polnischen predicanten etzliche und viel jahr hero unterhalten müssen, dere dann E. F. D. leute, sowol als die unsern, gebrauchten. Nun ist es uns fast unmöglich, dem gutten hern Secluciano seine besoldung zu erhöhen, denn wir schon dem littauschen predicanten

seine besoldung uff 20 marck, das er also neunzigk marck in alle zur besoldung hat, erhöhen mussten, in anmerckung, das des littauschen volckes viel mehr als des polnischen bei diesen dreien stedten ist. Und dieweil dann oftgedachter herr Seclutianus E. F. D. dienern und unterthanen, sowoll als unserm polnischen gesinde, mit predigen und administriren der hochwirdigen sacrament, sowoll auch den <sup>a)</sup> krancken als den gesunden, dienet, und aberschon die meiste beschwer unsern kirchen uff dem halse ligt, so bitten wir E. F. D. zu unterthenigsten, E. F. D. wolten sich nicht beschweren, Gotte dem Almechtigen zun ehren und zu erhaltung und zu erbreiterung seines allein seligmachenden wortes und namens, dem gutten, ehrlichen und trewen diener Seclutiano mit etzlichem rocken, maltz und anderm, jehrlichen zu hulf zu kommen, domit sich der arme man mit seinem weibe und kindern umb so viel bass zu erhalten und umb so viel minder sich zu beklagen habe, domit unsere kirchen so gar uberschwencklich nicht beschweret. Sölchs wirt Gott der Almechtige, deme es zun höchsten ehren gelanget, als ein belohner solcher wolthatten, die seinen dienern widderfaren, reichlichen hie zeitlich und dort ewiglich vorgelten. So wollen wirs mit unsern unterthenigen, schuldigen und gehorsamen pflichten gantz unterthenig, willig und gehorsamblich vordienen, untertheniglichen umb ein gnediges, ersprisslichs antwort bittende.

E. F. D.

getrewe und gehorsame unterthane

Burgermeistere und rathmanne der dreier stedte  
Königsspergk.

a) *sequitur expunctum*: predicanten

\*) *deest*

# 1564

N. 172.

Vilnae, 3.II.1564.

*Job Breitfuss*

*Alberto in Prussia duci*

*Michaelem Fridrich non morte naturali mortuum esse, sed in proelio apud arcem Czerkassy cecidisse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Hochgeborner *etc.* Mihr ist ein schreyben von E. F. G. uberantwort worden, aus welchem ich in aller unthertenigckait vernumen, belangent die khuntschaft Blasio Fridrich *etc.*

Allergenedigister furst. Ehe ich dieselbige kunthschaft gegeben, habe ich die puxenmeister zusammen gefodert heut datho, sie gefragt, ab inn wisen wehr vom Michel Fridrich, welcher auf ko. mt. schlos Tzirckas gewest. Zeigen sie ahn, nemlich Jörg Maurer, Hans Karolus und andere mehr, das ehr vor Tzirckas in einem scharmitzel beliben sey, welches ich auch zuvor wolbewust, denn mihr von demselbigen schlos Tzirckas zugeschriben ist worden. Ist aber durch meinen schreiber vorsehen, das ehr geschriben, eines rechten todes. Hett klerlich vermeldt sollen sein, das ehr in einem scharmitzel bliiben sey, wie dann meinem schreiber bevelich tonn. Hab aber mich auf in verlossen und selbest die kuntschaft nicht verlesen aus ursach ander anligender gescheft derselbigen zeit gehabt.

E. F. G., meinen allergenedigisten hern, demütiglich wil gebethen haben, damit solchs meiner unachtsamickait nicht zugemessen wurde... Geben in der Wilda den 3 February <sup>z)</sup> im 1564 jar.

E. F. D.

unthertenigister  
gehorsamer diner

Job Prayethphues *etc. etc.*

<sup>z)</sup> sic in ms.

N. 173.

Zamek (in ms. Samech), 3.III.1564.

*Ioannes Polej*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de epistolis a duce igni traditis (tradendis?).*  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.440.

N. 174.

s.l., [ante 3.VII.1564].

*Ioannes Seclucianus*  
*ducis in Prussia cancellario [Ioanni a Kreitzen]*  
*residuam summam pecuniae, sibi a duce ad emendam domum promissae,*  
*expetit, ut creditoribus suis satisfacere possit.*

Sigill. Autogr.

H B A, B 3, K.440.

Magnifice Domine Cancellarie.

Iussit michi Vestra Magnificentia dare rationem sive modum empconis domus meae; quae talis est:

Illustrissimus Princeps non propter exigua merita mea, sed ex gratia sua et Magnificorum Dominorum Comitum de Gorca supplicatione, promisit michi aedes emere et iussit, et pecuniam Sua Celsitudo promisit. Emi aedes et promisi paratam pecuniam marcas 950. Ad has aedes Sua Celsitudo mihi non plus, tantum marcas 375 dedit.<sup>a)</sup> Plus petere et Suae Celsitudini molestus esse non sum ausus. Oportuit me tamen iuxta contractum venditori ad assignatum tempus satisfacere. Ego, ab amicis accepta<sup>b)</sup> pecunia, solvi venditori<sup>c)</sup> marcas 750, sperans me istam pecuniam a Sua Illustrissima Celsitudine accepturum, sed non accepi, tantum 375.

Ducente autem marce, quae nondum solute sunt, non ad venditorem, sed ad aedituos templi Knipawiensis pertinent, a quibus (quia non sum solvendo) cogor singulis annis 9 marcarum censum numerare. Et si per aliquot annos propter egestatem non sum solvendo, ipsi ex meo exiguo solarario sibi solvunt et cogor aliquando per integrum annum<sup>d)</sup> servire gratis. Et per istos 12 annos plus quam 100 marcas ex meo exiguo stipendio receperunt. Et tamen si volo esse liber, ducentas integras marcas oportet me solvere; et sic in hoc censu possit domus mea et liberis meis perire.

Quare Vestram Magnificentiam diligenter rogo et propter Deum parvulorumque meorum amorem obsecro, ut ab hoc onere et istis ducentis marcis per Suam Illustrissimam Celsitudinem liber esse possim. Promisit Sua Celsitudo ecciam ad supplicationem et uxoris meae et suae charissimae filiae petitionem, sed ad hoc tempus nichil factum est et ego numerare cogor. Quod Suam Illustrissimam Celsitudinem facturam

per intercessionem Vestrae Magnificentiae facturam<sup>2)</sup> non dubito et me in gratiam commendo.

Vestrae Magnificentiae addictissimus  
minister Polone ecclesie  
Ioannes Seclucianus.

a) *supra lineam.*

b) *sequitur verbum expunctum.*

c) *in ms. vendituri*

d) *sequitur expunctum: gratis*

z) *sic in ms.*

N. 175.

Cracoviae, 25.IV.1564.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
arma a duce expetita se esse confecturum nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Durchlewchtigster furst und herr.

Nachdem ich nehst von E. F. G. underthenig ein schreiben empfangen, darin mir E. F. G. zweyerley stuck halben, nemlich einer feldtschlangen und falconetlin meldung thwet und auf das auch gleichmessig die kugel des circfels gröss und die stuck ihre rechte proportion haben sollen, wie auch zum theil verzeichnet; solche zwey obgemelte stuck wil ich mit den ersten fur mich nehmen und verfertigen; versehe mich auch, E. F. G. ein solch par stuck zu machen, daran E. F. G. ein wolgefallen haben soll. Was aber die belohnung ahnlanget, wolle E. F. G. ihn dem unbekummert sein, derwegen ich auch gantzlich kein zweifel trag, als zw einem kristlichen furst und regenten, E. F. G. werde mir kein unbillichs zwmutten. Belangent aber die zwey stuck, wil ich mit E. F. G. undertheniglich ubereinkomen, verhoffe auch mit E. F. G. weiter ihn kundtschaft zu komen... Datum Crocau den 25 Appr[i]lis anno 64.

E. F. G.

underthenigster, gehorsammer  
und gantzwillig diener

Oswald Baldner.

N. 176.

Cracoviae, 13.IX.1564.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
de armis iam a se confectis et de dispendiis ad ea conficienda factis; de pecunia sibi Norimbergam vel Cracoviam mittenda.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

Durchlewchleuchtiger<sup>2)</sup> furst und herr. Es sindt mein gantz underthenige und gehorsame dienst E. F. G. zw ieder zeit bereit.

Und thue hiemit E. F. G. zw wissen, das ich die 2 stuck, so E. F. G. ahn mich begert haben, sindt, Gott hab lob, wol und gwtts gerathen;

gleichwol hab ich der falconetlen 2 gossen und der halbschlangen eine, dieselbige mit einem wilden man verzeichnet. Hab auch neben diesem stuck, welches nach zu giessen ist, ein furn aller ding fertig, welche mit aller gestaldt der gegossen gleicher furn und gestaldt ist und dieselbige furn mit einem wilden frewlein verzeichnet. So nun E. F. G. mein arbeit sehen werden und E. F. G. fur gwtt ansehen möchten, möcht man mit dem ersten dieselbige furn oder model auch baldt giessen. Bitt auch E. F. G. wollen nitt unmuttig auf mich sein, das ich so lang mit der sachen bin umbgangen. Das macht, das das folck ist in krieg gelawfen, hab gar nitt fur gekundt. Der Allmechtig, Guttig Gott geb E. F. G. ein langes leben. Werden E. F. G. mein arbeit sehen und daran ein gefallen haben und mich weiter begeren zw brauchen, so wil ich mich, ob Gott wol, dermassen gebrauchen lassen, das E. F. G. mit wol werden zwfrieden sein. Vor dieser zeit haben mir E. F. G. zwgeschrieben, awf das ich E. F. G. zwschriebe, wie ich den centner fertigen kan; alsdan wolten E. F. G. geldt verschaffen.

Dieweil ich aber zuvor E. F. G. nie gegossen und <sup>a)</sup> E. F. G. mein kein kundtschaft gehabt, hab ich nix fodern wollen, hab auch kein geldt drauf begeren wollen, biss so lange das werck ver augen ist. Dieweil die stuck, Gott lob, gegossen und wol gerathen, hab ich den herren Jost Ludwig Dietzenn ko. mt. diener erbetten, dieselben zw besichtigen und das er E. F. G. wolte die warheit zw schreiben, damit ich desto besser glawben bey E. F. G. möchte haben. Das gröste stuck möcht ungefehr 24 centner haben, das ander par ungefehr 14 centner alle beide. Nun lasse ich E. F. G. wissen, das ich die besten soler kupfer darz genohmen hab und den centner hab umb 12½ polnisch gulden zalen müssen. Das hier der centner umb 23 polnisch gulden, so ich den abgang und das giesslohn drauf rechen, kan ich ihn der warheit den centner mher nit geben lauter, als umb 18 fl. Ich hof, es sol E. F. G. gar nitt beschweren, so E. F. G. mein erbeit werden sehen. Wolt auch E. F. G. nitt gerne ubernehmen, dan ich verhoffe, ferner E. F. G. zw dienen.

Nun wer mein gantz underthenige biete ahn E. F. G., so es E. F. G. nitt entkegen wer, das E. F. G. wollten auf ein rechnung 400 taler zw machen, als nemlich awf Nurnberg, den ich ziehe innerhalb 8 tagen auf Nurnberg; mein behausung ist hinder dem tuchhauss. Wa ich selbst nit persönlich verhanden wer, mag man solches geldt meiner haussfrauen ergeben und zwstellen. Wa es aber E. F. G. besser zu thun wer, das gelt gen Krokau zu machen, gildt es alles gleich. Ich hab meinen stiefen daselbest ihn meiner behausung, welchem die schlussel uber die stuck verdraut werden und der stuck halb alln befelch wirt haben; dem mag man das geldt auch zustellen, den ich mein handel von Krokaw auf Nurbergk hab. Ich hab mit dem ersten die stuck wollen hinunter laden, wirt mir aber gerathen und angezeigt, das es sehr im landt und in Künspers sterben sol und zw vermutten, E. F. G. mögen nitt verhanden sein. Dieweil auch zw dieser zeit hie die luft nit nach dem bestem sindt, so sei besser rath, das ich solches zuvor E. F. G. zwschrieb, was E. F. G. fur gutt ansehen; nach solchem sol die sachen bestellt werden... Datum Krokau den 13 tag Septembris anno 64.

E. F. G.  
undertheniger diener

Oswald Baldner.

a) und in *ms. repetitur*.

z) *sic in ms.*

*Ioannes Seclucianus*

*Alberto in Prussia duci*

*narrat de laboribus suis pastoralibus et de periculis, quibus in eis exponebatur, et mercedem pro eis expetit: hortum pro vaccis et stipendii auctionem.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Illustrissime et Clementissime Princeps et Domine Graciosissime.

Iam sunt ultra (ni fallor) 23 anni,<sup>a)</sup> cum me Vestra Illustrissima Celsitudo ad has Prutenicas horas adducere et in officio ecclesiastico constituere dignata est. Ego autem ab hoc tempore pro viribus meis (senectuti et vitae meae non parcendo) ita fideliter et diligenter servivi non solum publice concionando et libellos pios, etiam sumptu meo, edendo, sed etiam ad praedia Vestrae Illustrissimae Celsitudinis ad infirmos cursitando, consolando et sacramenta porrigendo, etiam cum maximo periculo vitae meae. Ter enim maxime vitae meae periculum passus sum et multoties iniquissime calumniatus. Nam tempore sevissime pestis nulla domus erat aut praedium Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, in qua erat familia Polonica, ad quam non oportuit me ingredi et ibidem verbo Dei infirmos consolare et sacramenta administrare.

Alterum erat periculum, quia praeterito anno, cum ad praedium Vestrae Illustrissimae Celsitudinis ad infirmos servos ante auroram vocatus eram et nives eadem nocte altissime in terram lutuosam deciderunt, incidi in fossas nivibus obductas ita, quod et equus<sup>b)</sup> et ego parum abest quin ibidem non perissemus,<sup>c)</sup> et calicem ibidem perdidit, qui post 8 (ni fallor) dies a famulis Domini Nostfic inventus est, sed cum non cito dantur equi ex praediis, alebam ad hoc negotium proprium equum, qui ex pratis communibus sublatus et furatus est.

Tertium erat periculum, Illustrissime Princeps, quia ante unum mensem, cum debebam ire ad praedium Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, quod vocatur Contini, meus hospes, nobilis Ioannes Conaieczky, misertus est mei et senectutis meae, dedit currum cum suis equis bene educatis et famulo. Egrediens<sup>z)</sup> autem de praedio domum, equi tonitu currus de ponticulo iam decidentis perterrefacti et excusso famulo ita velocissime (me curru insidente) currebant usque ad civitatem. Si Vestra Illustrissime Celsitudo videret, putaret alium Elizeum vel Eliam in ferreo curru ad paradisum ductum et vectum esse.

Nunc autem quid sequetur et quod periculum nobis imminet, Vestra Illustrissima Celsitudo facile intelligit. Calumnias autem, quibus et quam multis a Domino fiscali calumniatus sum, non esset tempus recensere, unam saltem in scripto Vestrae Illustrissimae Celsitudini offero, ut Vestra Illustrissima Celsitudo intelligat officium ministerii nihil aliud esse,



nisi crucem. Et hec immerito possum dicere cum magistro meo Christo Iesu: Circumdediderunt me vivi mendaces et calumniis affecerunt me, inique insidiantes vitae et famae meae. Sed sub hac cruce solatur me Christus, qui <sup>d)</sup> dicit Math. 5 cap.: Beati estis (inquit), quum probra iecerint in vos et persecuti fuerint dixerintque quodvis malum verbum adversus vos mencies propter me, gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis, sic etiam persecuti sunt prophetae etc.

Pro tantis enim et tam periculosis laboribus, calumniis et oneribus per 23 annos <sup>e)</sup> ferendis Vestra Illustrissima Celsitudo ne unicum grossum mihi ad hoc usque tempus numeravit. Datur mihi ad meum saltem corpus singulis annis pannus, sed multa sunt corpora in aedibus meis, Illustrissime Princeps, quae non solum vestimentis, sed etiam cibo potuque indigent, ut sunt parvuli liberi, familia et saepe egrotans uxor. Promisit mihi Vestra Celsitudo et domum, ad quam non magis quam ducentos et quinquaginta dedit, et domus mille marcis constat. Et quia non sum solvendo, domum cogor singulis annis 9 marcas census numerare et iam ex isto exiguo praecio plus quam centum et triginta marcas census numeravi, tamen integram summam me restituere Senatui Kneiphoviano oportet. Etsi uno vel altero anno solvendo non sum, totum meum solarium, licet exiguum est, accipiunt, ita quod per integrum annum gratis servio. Promiserunt Domini Consules trium civitatum augere stipendium, licet aliis auctum est, ego nihil de auctione scio, nec quicquam praeter 60 marcas per totum annum recipio. Et quamvis multi excellentissimi viri, licet externae nationis et linguae sunt homines, multa beneficia sentiunt et habent a Vestra Illustrissima Celsitudine, quibus ego non invidio, sed ex animo faveo. Me vero, iam senectute confectum et viribus debilitatum, a tam multis annis in officio existentem, cum meis parvulis pueris Illustrissima Celsitudo Tua ne in perpetuum obliviscatur, rogo et per Deum immortalem obsecro, ut mihi solarium ex tribus civitatibus ad victum meum cum pueris meis necessarium numerari et augeri iubeat. Dignus est enim operarius mercede sua, et: Qui altari servit, ut ex altari vivat etc.

Vestrae autem Illustrissimae Celsitudini in meis rebus necessariis nolo molestus esse, saltem hoc nunc peto, ut istum hortulum, in quo debuit Tua Celsitudo aedificare domum Domino Lismanino, cum ipse nunc meliorem hortum et domum habet, mihi dari cupio, ex quo licet aliquem dulcem fructum habere non possum, saltem gramina aut fenum pro vaca mea, quam me propter victum pueris habere oportet. Quod Vestram Illustrissimam Celsitudinem facturam non dubito. Et me meamque paupertatem cum parvulis pueris meis et sepe aegrotante uxore in gratiam commendo et gratiosum responsum peto.

Summa: hortum propter vaccas et augeri stipendium peto.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
servus et mancipium perpetuum,  
verbi Dei minister,  
Ioannes Seclucianus, propter Christum exul.

a) *supra lineam.*

b) *in ms.* equis

c) *in ms.* perigissemus

d) *verba:* solatur me Christus, qui *supra lineam pro expunctis:* et in alio loco

e) *in ms.* annis

z) *sic in ms.*

# 1565

N. 178.

Wołkiniki, 1.I.1565.

*Iob Breitfuss*

*Alberto in Prussia duci*

*de arce Ozieriszcze a Moscis capta; de Suraz et Drisa oppugnatis; de Witebsk et Vilna forsitan oppugnandis; de Gulielmo a Fürstenberg in Livonia viso; de periculo arcibus Dünemünde et Riga imminente.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Hochgeborner, durchleuchtigster *etc.*

Ich habe E. F. D. schreiben, datto Johannesberg den 30 Novembri in aller untertenickait empfangen, dergeleuchen was Baltzer Gans, E. F. D. secretari, zu mirh geschriben, seines inhalt vernumen, der zeut noch kein vergeben bottschaft nicht haben miegen, der ich teglich verhoffendt gewest und in alle wege des furnemens mein eignen bothen zu E. F. D. zu senden. Nachdeme aber teglich ein und ander naye zeitum vorvallen, die leyder gar nicht guet sayen und sich bey denneselbigen nach vil mehr arges zu verhoffen, der barmhertzige Gott welle seinen grimmigen zorn, die wolverdinte stroff, durch sein guetige genadt von uns abwenden.

Genedigister furschth. Was massen Oseristza eingenumen ist worden, haben E. F. G. vileucht bis der zeut gantzlichen bericht empfangen. Ob aber E. F. G. dasselbig nicht hette, werden E. F. G. durch meinen gesandten Ambrosi Kraus mundlichen bericht vernemen miegen. Als ich zuvor E. F. G. geschriben, wie Surass belegert sein solthe, ahn demselbigen ist derselbigen zeut nichts gewesth. Itzt aber gett das geschrey vorgewis, das der veindt ein haus Drisa belegert solt. So ist ein Moskowither aus des veinds leger entlofen zu dem kniass Polubienski, <sup>1)</sup>zeugt vor glaubwirdig ahn, das der Moszkowither dem hauptman auf Velin von derselbigen bevestium volck abnemen solt, wievil ehr doselben entberen mag und mit demselbigem volck stracks auf Witebska zihen in das feltleger, und zeigt vor gewis ahn, das der veindt des furnemen gesinnet ist gewest, Witebska bald noch weynachten zu belegeren in der hoffnung, dasselbig bald zu erobern. Und ich des bericht hab, das dasselbig haus nicht wol versorget, wie ich dann meines theiles genugsam darinne gewarnet habe. Weither zeigt dieser Moszkowiter ahn, ob es dem veindt gelingen wurde, sei ehr stracks gesinnet von Witebska mit gewalt kegen der Wilda sich zu begeben. Der barmhertzige Gott welle im sein tiranney und vornemen sturzen. Wiewolle ich nun bey 2 wochen vernumen, der Furschtennberck zu Derptt anckumen, jedoch demselbigen nach nicht gantzlichen gelau-

ben geben wollen, nichtes minder meines theil auch der ko. mt. zugeschriben, meines einfeltigen beduncken, der geverlickait so entschtehen miegen. Wie E. F. D. wol abnemen mag, nachdeme ehr allezeit ein naturreicher veindt der Kron Polen und furschtenthum Litten sich bewisen, derhalben er ursach alles des bluttvergiesen derzeit in Eipfland und Litten.

Gestern ist des kniasz Polubienski gesanther an die ko. mt. bey mir gewest, welchen ich auch mit post versorget, damit er eilend vortkumen miege; zeigt an, das nun gantz worhafftig, das der Furschtemberck in dem landt ist gesehen worden und nun an etlichen orthen straffweis gezogen. Die pauren, so in den welden versteckt gewest, dieselbe imme nun zufallen. Zeigt auch an, das ehr selber in seine ohren gehort von etlichen vom adel, die sich mercken lassen abzufallen von ko. mt.; desgleichen unther dem gemeinem man sich rumoren beweisen. Meines erachten wirt ko. mt. krigsvolck in Eiffland grose geverlickait mitbringen. Nachdeme Ir ko. mt. nun kein gutte bevestium hatt, ahne Dinemundt, velt Riga ab, so wirt Dinemundt auch in schwere geverlickait kumen.

Durchleuchtigster furscht, genedigster herr. Nun ist die hohe nott, mit ernst und guetem radt den krig anzugreufen und allem ding anders nachgehen, wie bisherr geschehen. So sayen je E. F. D. nicht das kleinigist glid der Kron Polenn, wiewolle mih, armen, geringen, nicht gebueren wil, E. F. D. untherthenigist zu erinnern, jedoch aus hertzlicher, kristlicher auch verflichter untherthenigister guetmeinung meynem genedigstem hern, der ko. mt., auch der löblichen, Kron Polen und grosfurstenthum Litten nicht underlassen mag, das mich sehr nötig bedunckt, das E. F. G. auch nun von allerley so zu beschitzum und untherhaltung der lender genedigist bedencken nemen wolthen. Bitt E. F. D. mit löblichen rethen zu beradtschlogen und wolt mich auch vor guet ansehen, das E. F. D. die unckost nicht sporte, derselbigen E. F. D. redte zu irer ko. mt. senden, aus ursach, wenn die hern des lands beyeinander sein werden, mag vil nutzbarss daraus erfolgen, und E. F. G. in keynerley weg in argen nicht mag engenumen werden... Datum Wolckinick den 1 Januarii im 1565 jar.

E. F. D.

untherthenigister  
gehorsamer und williger diner

a) Job Prayetfues. b)

a)-b) *alia manu.*

1) *Alexander Polubienski.*

N. 179.

*Norimbergae, 11.II.1565.*

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
consiliarius ducis Alberti  
pecuniam sibi Norimbergam missam se accepisse significat; cum pri-  
mum Cracoviam reverterit, arma ad usum ducis se esse conjecturum  
nuntiat.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

Gestrenge, hochgelährte, edle vehste Euchere Gestreng und Erbarkeiten sind mein unterdienstliche, willige dienst mit vleiss zuvoran berait.

Gestrenge, hochgelärte, edle und vechst herren. Derselben an mich gethanes von Kunigsperg aussgangen schreiben des datto 30 Decembris junigst vergangen ist mir den 3. February woll in Nurmberg zuekomen. Gnugsamen bericht daraus entpfangen, das f. d. in Preusen, mein gnedigster furst und herr, Eucher Gestreng und Herlickeit auferlegt, mir 400 taller auf rechnung nach Crocaw zue machen. Dieweiln aber E. G. von f. d. zeugmaistern bericht erlangt, das ich mich sterbsleufhalb von Crocaw nach Nurmberg begeben, haben E. G. dieselben nach Nurmberg zu verordnen bestallung gethan gegen Wolffen Wilsamb alhie, der mir ernante 400 taller schierst komendt Mittvasten daselbst entrichten. Von wegen Ottendorfs, derwegen ich mit ime aus der sachen gehandelt, wirt zu sainer zeit richtige bezallung und in deme kein mangel erscheinen. Dieweil ich aber wilens, inerhalb 3 wochen von datto an, von hinen nach Crocaw widerumb zu verraisen, werden es die meinigen an ernantem ort in meinem abwesen zue ersuchen haben.

Den press der gegosnen stuckh, nachdem die kupfer und zin in hochem wurden, liesen sich E. G. und Herlickaiten beduncken, do ich umb den centner haben konde 17 fl., es solte an mein schaden geraichen. Ich schreib hiemit f. d. derwegen ale mainung, do mir Gott gen Crocaw hilft und die arbeit gefertigt, wo ich dan selbst nicht personlich mit der lifferung erscheine, sol doch mein sohn mit denselben nach Kunigsperg abgevertigt, allen bevelch von mir, mit f. d. zue handeln, haben. Daran Ir f. g. gnedigs wolgefallen tragen sollen.

Hab neben andern hiemit mergedachtem meinem g. f. und herren vormeldung gethan, so mir Gott per Crocaw hilft, die arbeit mit furderlichstem zu verrichten, darmit sy aufs ehrst Ir begert ort mugen erlangen; hab ich E. Herlickait uf derselben begern zur widerantwort nicht verhalten sollen... Actum Nurmberg den 11 Februario anno etc. 1565ten.

E. Gerstengen <sup>2)</sup>

Er[barkaiten] und Herlickait  
untertheniger alzait  
Oswaldt Paldner ko. mt.  
in Polnn puchsengieser  
und burger zue Nurmberg.

2) sic in ms

N. 180.

Norimbergae, 11.II.1565.

*Oswaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci*

*arma a se confecta Regiomontum se esse missurum nuntiat; debitam  
sibi pro eis pecuniam Norimbergam per Wolff Wilsam sibi mitti  
petit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

Durchleuchtiger etc.

E. F. G. an mich gethanes schreiben des dattum Kunigsperg den 29 Novembris vergangen 64ten jars hab ich den 3 Februario ditzs 1565ten mit aller geburlichen reverenzs entpfangen und gnugsamen inhalt verstanden etc.

Erstlich in unterthenikeit gern angehört, E. F. G. mein jungst schreiben den 13ten September anno etc. 64 empfangen, darinen meiner entschuldigung der verloffnen leuft halb zuefriden gewest und das sich E. F. G. des vierten stucks zue glegner zeit auch neben den andern zu verhoffen getrösten. Darauf haben E. F. G. zu vernemen, das ich mit hilf des Almechtigen von datto ditz innerhalb 3 wochen vonhinen nach Cracaw zu verraisen willens, das ich vil lieber ehe gethan, wo mich nicht eehaft und geschefft verhindert gehabt. Sopaldt mir nuhn Gott dahin hilft, solle das mit seiner hilf den nechsten gegossen, gevertigt alsdan den nechsten uff dem waser E. F. G. zugesandt werden.

Das aber E. F. G. vormelden lasen des kaufs halber. Obwoll die kupfer in hochem press, derselben E. F. G. den centner umb 17 fl. zue volgen lasen, solches lass ich diser zeit seines werths beruhen. Vorhoff darneben, do E. F. G. mein arbeit, dessgleichen auch derselben bestendige proben sehen werden, es sollen diesselben E. F. G. gnedigs wolgevallen daraus schöpfen, auch des press halben mich mit ir vergleichen, was mir zue thonn muglich, der gestalt, das E. F. G. neben mir sollen zuefriden und content sein.

Hab verner E. F. G. gnedigen und genaigten willen gegen mir der 400 taller halben gnugsamen bericht, nicht allein von derselben E. F. G. sonder auch von Iren verordenten statthalter auch rätthen, das mir durch Wolff Wilsam alhie in Nurmberg kunftige Mittfasten erlegt werden sollen, das sey in namen Gottes. Da ich verraisete, will ich den meynigen ordnung verlasen, dieselben zue erheben, wirt zu seiner zeit richtige bezallung folgen.

Wie ich anfencklich gemelt, so mir Gott nach Crocaw hilft und furhabende arbeit verfertigt, dos es meiner gelegenhait nicht sin könte, mich selbs mit den stucken nach Kungspurg zu verfuegen, wil ich doch meinen sonn dahin abvertigen, der die gewehrung mit beschuessung und andern thun und in allem von meintwegen handeln soll, als wan ich selbsten personlich entgegen und in allem, was die pilickait erfordern wirt, gegen E. F. G. das peste bei mir erweisen. Das hab ich vilgemelter E. F. G. uf derselben schreiben in unterthenikeit zue antwort nicht verhalten sollen... Actum Nurmberg den 11 Februario anno etc. 1565ten.

E. F. D.

untertheniger alzeit

Oswaldtt Paldner der ko. mt. in Polen puchsengiser  
und burger zue Nurmberg.

N. 181.

s.l., [ante 23.II.1565].

*Ioannes Seclucianus*  
*burgrabio [Regiomontano]*  
*pro Anna Olszeńska aegrota intercedit.*  
*(Exemplar)*

H B A, B 3, K.440.

Gestrenger herr burgrab.

Ich thu Ewer Hersaft zu wisen, das im Rosgarten ein weib ist, s.f.d. unterthan, die do gieret siben jar krank gielegien hatt und kiem doctor und kiem mensch ehr nicht helfen kan und auch nicht viel zu

verzeren hatt, und hatt sich vor mier beklaget, das sie noch von irem vatter und von irer mutter erptel zu hoben hatt, ein wenig gielt, in dem stedtchien Biscupiecz; und lest Euch bitten im Gottes willen, giestrenger lieber herr burgrab, das E. H. michte befelen, das sie muchte ein klein brifkien bekom[men] an den erbern ratt von wegien s.f.d., das sie durch den zeiger des solchen briwes muchte bekomen, was ihr zukompt. Ich verhofe, das E. H. in Gottes willen das thun wirdt.

Der namen ist des weibes Anna, nach dem man Olsenska und nach dem vatter kupcowna von Biscupiecz.

Ewer williger diner  
Ioannes Seclucianus  
polnisch prediger.

N. 182.

Grabów, 7.IV.1565.

*Iob Breitfuss*

*Alberto in Prussia duci*

*de expeditione contra Moscos in Livoniam et in Moscoviam.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Hochgeborner, durchlauchtigster *etc.*

Ich habe E. F. D. schreiben datto Raschtenburck den 3 Aprils in aller unterteniger gehorsam empfangen und desselbigen inhalt untertenigist vernumen, als E. F. D. vermelden, das schreiben so ich von Tickotzin zun E. F. D. gethon. Tue ich E. F. D. unthertenigist zu vernemen, das nechten mein gesanter bott von Tickotzin ankumen mit briwen, so mihr verschickt worden, aber dasselbig schreiben, so ich an E. F. D. gethon, dorbey nicht befunden. Bin auch alle schtundt verhoffendt ein andern bothen aus der Wilda des vermeinen, dasselbige schreiben dorbey zu beckumen. Das E. F. D. genedigist vernemen, miegen desselbigen schreiben inhalt ist nemlich gewest des hern woyewoda<sup>1)</sup> seinen genaden einzugck in das schlos Wilda. Dergeleuchen, was es geschalt das polnisch krigsvolck in des veindsland gezogen, wie man derselbigen zeut verhoffent gewest, was nutzbars durch sie ausgericht mecht werden, welchs aber gor umbgeschlagen und etwo mehr schandt denn gutts durch sie gerichtet. Sie haben jo was wenig ausgebrent und geblindert, vor dem schlos Krasnoprodeck 6 tag gelegen, nicht wenig volck aldo umbckumen, desgleuchen drey buxenmeister und ein hantlanger erschossen worden, also abzogen, nochmols an ein haufen der veindt antroffen, zu beiden theulen un angriffen, also abzogen, solten itzt nun iren zug durch Eipfland nemen, aldo die arme leuthe auch wol leuden werden miesen.

Die briwe, so mihr gen Tickotzin verschickt worden, lautet datto aus der Wilda den 18 Martzii; wirt mihr geschriben, das nemlich die Kosacken und etlich volck von Witebska hett wellen dem veindt ins landt vallen und haben sich auch von andern grenitzen schlessern zusammen geschlagen bis in die 1600 mahn, aber derselbigen Kosacken mehr zu fues denn zu ros gewest, haben ohn alles gevehr des veindes volck angetroffen, welche haben den schlesern zu hilf solten kumen, so der veindt besorget hatt, durch das polnisch krigsvolck mechten uberzogen

werden, nicht weit von Polotzko antreffen. Hatt Gott der Allemechtige irer ko. mt. Kosacken denn sieg verlihen und denn veindt geschlogen, welcher gewest bis in die achttausent mahn, der nicht wenig auf dem platz gebliben und die andern die flucht gegeben. Man mag mit worheit itzt der zeut bey seiner mt. der Kosacken dinst vor ander alle beriemen und ist doch ein elendt volck anzusehen. Genedigisther furscht. Dunckt mich ein zeuchen von Gott, das ehr nicht mit den hoffertigen, allein mit den demietigen sein wil.

Belangent denn herr woyewoda seiner genaden wonumehn in dem schlos Wilda, wirt mir geschriben, das es in allem gantz schtil ist noch seinem einzugck, allein ehr mit grosem pracht im schlos wonet, seine gemech mit schwarzem sammet beschlogen, wo ehr ist, auch ein schöner wellum ob dem tisch aufgeschlogen, und wan ehr essen wil, gett ein trumether auf die brucken gegen der schtatt, vor dem schlos blest auf schpanisch. Solt itzt der zeut ein lantag aldo bey dem her woyewoda seinen genaden gehalten werden. Der barmhertzige Gott gebe, das der ko. mt. auch allen lendern zum besten erraiche.

Ich bin alle schtundt eines bothen aus der Wilde gewertigk; was mir weiter von nuyen zeutumen geschriben wirt, wil ich E. F. D. ohn allen verzug unterthenigist zu vernemen geben... Datum zu Grabow denn 7 April anno 1565.

E. F. D.

untertenigister  
gehorsamer diener

a) Job Prayetfues.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Nicolaus Radziwiłł « Niger »*.

N. 183.

*Cracoviae, 12.VII.1565.*

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci*

*ob nondum transmissa duci arma se excusat eaque brevi se esse missurum pollicetur.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

N. 184.

*Cracoviae, s.d. IX.1565.*

*Melchior Pfeyffer, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci*

*intercessionem apud regem expetit, ne sibi, iam aetate provento, salarium minuatur.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

*Lucas Marcinides Mundius*

*Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario*

*pro benevolo erga Rempublicam Polonam animo gratias agit; scire cupit, quid in causa sua sibi a duce responsum erit.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

Magnifice Domine.

Non modo illic, quo beneficio usus sum ad praesens, sed et hic tristem<sup>z)</sup> hoc domicilium meum reversus, ingentes gratias Illustrissime Sue Celsitudini (una cum coniuge necnon familiola mea et ceteris, quibus panem meum frangere cogor) referre non desino, nimirum pro tam magna Illustrissimae Suae Celsitudinis summa benivolencia ac cura, quam erga miseram eam Rempublicam nostram, quam deffendo, amore denique,<sup>a)</sup> quem erga sanguinem suum, puta Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, gestat. Modis enim omnibus et impensis propriis (ut video) non parcendo, Regno et Ducatu<sup>z)</sup> illius, ne in quopiam detrimentum patiat, subvenire non gravatur. Ea namque dudum expertus sum, potissimum ex hoc meo labore, quod et me, videlicet illius subditum, tam pie tamque humaniter tractavit. Nihilominus et<sup>b)</sup> pro hoc munere, quod iam mihi secundario numerare iubet (quamvis pro mea condicione hactenus hominis indigentis pauco magnas tamen) gratias ut refferam, oportet. Quod enim videmus fieri ex gratia, hoc scimus non teneri ex debito. Hoc solum ut desuper aput Illustrissimam Suam Celsitudinem eflagitem, videtur iam mihi operae precium fore, nempe ut super negotio, quod Sua Celsitudo per suas literas, incluso meo supplicii libello, ad Regiam Maiestatem, Dominum meum, per suum proprium Internuntium sive tabellionem transmiserit, ut habeam responsum, quoniam Sua Celsitudo hac sua causa mei hoc secundario interpellacionum via mihi impetraverit, quod tunc comparaverit, cupio didici.<sup>z)</sup>

Quapropter et hunc meum proprium cursorem, praesentium oblatorem, ad Magnificenciam Tuam, tanquam Suae Celsitudinis Supremum Cancellarium, transmitto, cuius et opera necnon patrocinio in hac parte aput eandem Illustrissimam Suam Celsitudinem usus sum, obnixè petens, ut me per eundem meum cursorem super hoc Suae Maiestatis (si quod est) responso rescripto suo certiore reddere non gravetur. Quod pro singulari sua pietate et clementia facturam non dubito... Datum Pinczoviae, die dominico 2 Septembris, anno Domini 1565.

Magnificenciae Vestrae humilimus servus  
Lucas Marcinides Mundius, Vilmensis Praeco,  
Iuris Utriusque Doctor scripsit.

a) sequitur expunctum: erga

b) sequitur expunctum: h

z) sic in ms.



N. 186.

Cracoviae, 15.IX.1565.

*Hieronymus Kruegel, civis Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
amicum suum, Casparum Kruegel, commendat, ut eum dux in numerum  
servitorum suorum assumat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

# 1567

N. 187.

Cracoviae, 31.V.1567.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ne debitae sibi pro armis missis pecuniae solutio longius a duce  
differatur, se enim debitoribus suis ad festum s. Stanislai pecuniam  
redditurum promississe.*  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.440.

N. 188.

Cracoviae, 31.V.1567.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
ducis in Prussia consiliariis  
de eadem re (ut supra).*  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 3, K.440.

N. 189.

Cracoviae, 27.VIII.1567.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto in Prussia duci  
iterum urget, ut sibi ad festum Trium Regum 1568 debita pro armis pe-  
cunia persolvatur.*  
(Germanice)

Vest. sigilli.

H B A, B 3, K.440.

N. 190.

Cracoviae, 27.VIII.1567.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
ducis in Prussia consiliariis  
de eadem re (ut supra).  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

# 1568

N. 191.

Cracoviae, 5.IV.1568.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
appropinquante Pascha, termino promissae solutionis debitae sibi pro  
armis pecuniae, petit, ut eadem pecunia in manus privigni sui, Se-  
boldt, persolvatur; servitia sua offert.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

N. 192.

Cracoviae, 5.IV.1568.

*Osvaldus Baldner, armifactor regius,  
ducis in Prussia consiliariis  
de eadem re (ut supra).  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

# 1569

N. 193.

Lublīni, 19.III.1569.

*Ioannes Nymseh  
ducis in Prussia consiliariis  
debitam sibi pecuniae summam, defunctae ducissae uxori olim ducis Al-  
berti, mutuo a se datam, restitui sibi petit.  
(Germanice)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 3, K.440.*

N. 194.

Gedani, 28.III.1569.

*Michael Ortt, servitor Zachariae Rid,  
ducis in Prussia consiliariis  
de litteris ad indicatas sibi personas a se mittendis; de legatione mar-  
chionis Georgii Friderici Lublinum ad Comitata Regni missa; de  
rebus Ducatus Prussiae Lublīni male procedentibus.  
(Post scriptum in eadem charta de rerum statu in oppido Strassburg-  
Argentoratūm)  
2 sigilla.  
H B A, B 3, K.440.*

Edle, ernveste, gunstige, lieben hern. Mein bereidt willig dinst sampt  
wunschung aller gluckseligen olfart ider zeit zuvor.

E. G. schreiben von 21 Marzi ist mir uff 24 wol zu handen komen  
sampt dem briff an m[arggrafe] J[org] Fridrich, s. g. Den hab ich 2 stunt  
nach derselben ankunft mit aigen botten (dan nit zuvellig vorhanden ge-  
west) verschafft an meinen hern, im darneben geschrieben strack ungesaumpt  
vort verschaffen sol, damit er ufs erst miglich an di stel gelangen muge.  
Was mir weiter zukompt, es sey von E. G. oder von dausen herein, sol  
von mir foderlich ungesaumpt vleissig bestellt und verschafft werden.

Nachdem ich aber noch in 3 wuchen hie verharren mocht, hernach  
zu meinem hern gen Posen verraisen mocht, wil ich gleichwol bestallung  
thun bei meines hern factoren, hern Jeronimo Schilling, dasjenig so

hieher kompt von brifen, das es wol sol verschafft werden, daran di hern gar keinen zweifel tragen dorfen.

Ist mir auch aus Nurmberg geschriben worden, das des m[arggrafe] J[org] Fridrich, s. g., gesandten gen Lublin vorrucken. Was sie alda gelt bedurfen werden, ist schon von meinem hern bestellt, inen sol gegeben werden von wegen s. f. g.

Im negsten ich bei den briffen schlecht ein offen zetlen in eil dabei schrib. Darein schecket mein bit an E. G., in keinem argen wollen ufne- men, dan in allem zu dienen. Was m[arggrafe] J[org] Fridrich, s. f. g., anlangt, ist mein herr Zacharias Rid neben al seinen dinern geflissen und genaigt willig zu thun, sonderlich wollen E. G. mir schaffen und gepieten... Dattum Dantzck den 28 Martzi spat anno 1569.

Ich hab zeitung aus Lublin, das es ser boes und ubel stet umb des landt zu Preuss und di hern alhie von der stat in keinem weg audientz haben konnen. Der ewig Gott wol es zum pesten wenden.

E. E.

w. m. d. Michel Ort  
Zacharias Riden diener.

Im Deutzschlandt auch ser ubel stet, di stat Strassburg leid grose nott. Ursach, der printz von Oranien ist in der stat. Di reuter und knecht, so er nit bezalt, ligen darvor, sie hetn in gern heraus. Di stat sech in auch gern aus der stat. So wer er auch gern heraus und darf kan auch nit heraus. Hat seim volck angepotten eim reuter fl. 4, eim lantzknecht 2 fl., hernach in 12 jarn bezaln wol, des wol er in einsetzen. Das lant a...<sup>a)</sup> das wolnn sie nit thun.

a) *charta lacerata*.

N. 195.

*Gedani, 14.IV.1569.*

*Michael Ort, servitor Zachariae Rid,  
ducis in Prussia consiliariis  
litteras domini sui, Zachariae Rid, Posnania datas, mittit; servitia sua  
defert.*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 3, K.440.*

# 1572

N. 196.

Klecko, 12.XI.1572.

*Matthaeus Motzarus Lyccensis  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ducem hortatur, ut vacantem thronum Regni Poloniae ambiat, et servitia  
sua eo in negotio offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Verbis exprimere non possum, Princeps Illustrissime, quanta parentis Celsitudinis Tuae olim caelebris memoriae Domini, Domini mei munificentissimi, beneficia in me colata constant. Quorum quod in praesentiarum nullam partem non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum, est cur in immensum doleam. Deo autem auxiliante nequaquam parum in memorem parumque gratum collocasse comperientur, ubi data oportunitate (si superstes vita fuero) animum coram non modo gratum declarabo, verum etiam gratissimum fuisse commonstrabo. Quod vero hactenus amplissima haec beneficia suppresserim, ingratitude culpam videor contraxisse? Absit! Horum, inquam, memoriam conservans, sollicitudines meas magis ac magis exacui, multas provincias lustravi penetravique, ut morum gentilium varietateque rerum edoctus idoneus efficerer, quo tantis beneficiis ne dicam responderem, sed etiam, quantum patietur mea aetas et valetudo, Celsitudini Tuae ut legitimo successori (parente enim Celsitudinis Tuae et Domini Domini mei <sup>a)</sup> olim munificentissimi orbatum sum) operam meam studiumque navarem.

Quae quidem me Celsitudini Tuae debere ingenue fateor, sancteque me brevi praestitutum polliceor. Qua in parte diu mihi nequaquam defuissem, nisi hanc facultatem inopinatus omninoque improvisus fortunae casus eripuisset. Intelligit enim Tua Celsitudo: Qui mare est ingressus, si vehementiores fluctus inciderint, non quo iam velit, sed quo ingruentium ventorum flatus traxerit, navigandum cogitur vel invitus. Ita etiam ego turbulentissima temporis tempestate tantisper mihi nitendum remigandumque censeo, donec me aliquis secundior flatus, si non in optatum, attamen tranquillum portum convexerit. Etenim studium hoc visendi varias nationes et provincias adduxerat res meas plane in

propinquum discrimen, et nisi armatus paratusque contra vim naturae fuisset,<sup>1)</sup> penitus succubuissem.

Post longam vero iactationem fati, ubi me fortuna tandem ex variis periculis emerisset in optatumque portum detulisset, duxi mihi in Polonia paululum respirandum. Et interea dum in aula Regis Polonorum versor, opinione fortasse alicuius in me eruditionis quidam de proceribus, Hieronimus Makowietius, apud Regem effecit, ut me sui gymnasii Klecensis praeficeret. Quod ne voluntati regiae videar restisse,<sup>2)</sup> nefas mihi detrectandum iudicavi concessique, verum tantum in annum docendi munus, quod iam iuvante Deo die Natalitii Christi Salvatoris nostri conficiam deponamque. Verum ne contra propriam voluntatem petitionibus eiusdem Magnifici Domini Hieronimi Makovietii, Capitanei Klecensis, viri sane eruditi, succumbam et in sequentem annum onus et molestias gymnasii sustineam, submisisse Tuam Celsitudinem obsecro, ut huic rei Tua Celsitudo clementer occurrat idque, ut mea fert opinio, hoc pacto:

Saepissime Magnifico Domino Makovietio exposui me Tuae Celsitudinis esse subditum et alumnum, et pro innumerabilibus beneficiis me Celsitudini Tuae totam meam vitam obsequiaque debere. Iam igitur si in hanc sententiam literas a Celsitudine Tua habuero, quibus se Celsitudo Tua ostenderit sibi nimium displicere me scholasticam conditionem obiire, simulque ut subdito alumnoque suo severe iniunxerit, ut propter exertitium fungar servitiis aulicis, haud difficile molestum hoc onus, quod in me solo recumbit, absque ulla suspitione evadam. Si ita votis eventus responderit, ingentes haec res Celsitudini Tuae pariet utilitates, ut postea dicam.

Nunc vero qualis sit Reipublicae Polonorum status, breviter exponam. Post obitum Regis sane turbulentus<sup>2)</sup> undique timentur insidiae, irruptiones hostium. Tanta nihilominus est magnatum, qui sunt cum imperio, securitas, ut fines exiguis admodum copiis providerunt,<sup>2)</sup> et nisi Deus saevitiam et vim hostium frangat et debilitet ac de aliquo magnanimo Domino prospiciat, vereor, ne ex inproviso opprimatur Respublica armis. Quem autem in Regnum proceres substituere volunt, non certo mihi constat, verum illud probe cognitum exploratumque habeo die Epiphaniarum ex tribus futuram esse electionem. Nemque vel fratrem Caesaris,<sup>1)</sup> qui praest Bohemis, vel Tuam Celsitudinem, Dominum meum clementissimum (quod faxit Deus, ut hunc diem mihi optatissimum videam, quo Tuae Celsitudinis in Maiestate Regia sedentis spectator sim), vel filium Ducis Moscorum iuniorem<sup>2)</sup> Regno potiturum esse.

Cum autem, Illustrissime Princeps, Celsitudo Tua iis annumeratus, in quos proceres Regni sententias suas intenderunt, haud id factum esse nutu impulsuque divino, et ad haec cum magna est de Celsitudine Tua hominum opinio, magna commendatio, per totumque Regnum praeclarae educationis laudes non vario nec obscuro sermone perferuntur de Celsitudine Tua, primum gradum iam ad Regnum Celsitudo Tua habet. Ut vero secundum Celsitudo Tua attingat, opus est etiam aliqua propria cura. Industriam enim Deus adiuvat. Et cum etiam Deus aditum praebet et occasiones egregias ad aliquam rem, eas negligere est Deum tentare. Et nostra etiam incuria et ingratitude saepenumero Dei voluntas et intentio impeditur. Quare quum fronte capilata post haec occasio calva



(ut cum Catone loquar), ut ad secundum gradum Celsitudo Tua penetret, non mea prudentia, sed meum officium, quem<sup>2)</sup> Celsitudini Tuae pro summa beneficia<sup>2)</sup> debeo, de plano rationem mei consilii exponere hortabatur, quod sese ita habet.

Duae sunt tantum familiae in toto Regno, qui<sup>2)</sup> non solum tenent summum et altissimum dignitatis gradum, verum etiam caeteros ratione, eloquentia, authoritate, opibus, potentia, armis anteeunt. Nempe domus vel genus Ducum Radivilorum, quorum alter nunc<sup>2)</sup> est Palatinus Vilmensis,<sup>3)</sup> alter vero est Marschalcus<sup>4)</sup> aulicus Regiae Maiestatis, hic adhuc est iuvenis, sed cor, ingenium ratioque senilis. Et familia Ducis Ostrosiensis Constantini, qui nunc est Palatinus Kioviensis. Hi tres Principes si in hanc sententiam pertrahi possint, ut sua vota vel sententias in Tuam Celsitudinem intendant, nihil iam obstaret, quominus Celsitudo Tua Maiestate Regia potiretur. Et ut pertrahi possint, hanc viam reperio, si mihi Celsitudo Tua, famulo infimo, id negotii dabit.

Ego apud Duces Radivilos, nimirum apud Palatinum Vilmensem et Nicolaum Christopherum, Ducem Olyce et Nieswiesch et Liberum Baronem in Sydłowycze, Marschalcum aulicum Regiae Maiestatis, per Musas meas, quae saepissime laudes eorum decantaverunt, egregie sum notus, et tantam gratiam apud eos Musae meae mihi conciliarunt, ut etiam cum in aulis ipsorum versabar, gravissimarum dicendarum causarum sua consilia mihi communicarunt, iudicium inquirentes, si ita a norma honestatis non aberrent. Quod etiam nunc mihi in optima spe pono, quamprimum ante electionem Regis in aulis ipsorum apparuero, ipsos rationes suorum consiliorum et sententiarum de electione Regis mihi aperturos, et hac occasione, loco et tempore conveniente mihi oblata, suggerem<sup>2)</sup> ipsis, quoad id fieri potuerit, meas rationculas, ut semotis aliis Tua Celsitudo Maiestate Regia potiatur (ita tamen caute agam, ne eam rem in suspicionem aliquam adducerem), ostenderemque ipsis gravissima pericula, quae Regno undique impenderent, si aut Caesaris fratri, aut filii<sup>2)</sup> Ducis Moscorum imperium Regni committeretur. Quas et his brevibus attingerem, nisi studio brevitatis admonitus eas omitterem.

Tantum hoc sibi de me Celsitudo Tua persuasum habeat, si non erit alienum a Celsitudine Tua mea opera servili, Celsitudinis [Tuae] servi infimi, uti, me omnia, quae ad Celsitudinis Tuae dignitatem augendam pertinebunt, summo studio facturum et laudibus Celsitudinis Tuae nullo loco nec consilium nec studium meum deerit. Horum duorum Ducum ubi iam animos, voluntates, cogitationes, vota sententiasque in Tuam Celsitudinem converterem, curandum iam mihi censerem, ut sit eiusdem sententiae Constantinus Dux Ostrosiensis, Palatinus Kioviensis, qui ut fiat, hanc reperio viam.

Ut supra memini, si literis Celsitudinis Tuae functione scholastica vacuus fuero, mittat mihi Celsitudo Tua literas commendatitias ad hunc Ducem Ostrosiensem, ut aliquantulum temporis in aula ipsius servitiis aulicis vaccare possim. Quem locum ubi literis Celsitudinis Tuae adeptus fuero, iuvante Deo ita me geram, ut me ipsi quam celerime studia mea adiungant, et ubi me sibi suisque negotiis affixum habuerit, procul dubio rationes de electione Regis mecum communicaret. Ego iam, loco, tempore, occasione idonea nacta, omnes ingenii mei vires in amplificandis Celsitudinis Tuae laudibus intenderem. In summa quicquid apud ipsum valerem, vel authoritate vel gratia Tuae Celsitudinis valerem.

Hi tres Duces supra citati, si vota et sententias in Celsitudinem Tuam intendant, nemo ipsorum rationibus resistere poterit, facileque sese omnes ad eorum voluntatem conformabunt. Si ita Celsitudini Tuae ratio haec consilii mei non omnino displicuerit, non dubito, quin Deus ad optatum eventum perducet. Et in praesentiarum hoc tantum restat, si operam servuli sui Celsitudo Tua non aspernaverit, humiliter oro, ut mihi Celsitudo Tua saltem duos egregios equos, mihi sunt alii duo, item pannum et sericum ad vestimenta et aliquid pecuniarum clementer suppeditet, ut in aula tanti Ducis caeteris ipsius aulicis in omnibus necessariis non inferior videar.

Cum autem Celsitudo Tua intelligat verum decus in virtute positum esse, quod maxime illustratur in magnis Reipublicae meritis, certe nunc ex omnibus rebus humanis nihil praeclarius, nihil praestantius fieri a Celsitudine Tua posset, quam si nunc Respublica Polonorum orbata pristinae restituatur dignitati, quae ad nullum alium propinquorem legitima successione (ut ex genealogia Celsitudinis Tuae patet) spectat, quam ad Tuam Celsitudinem. Quare quum utilitas allicit, fama invitat, honestas hortatur, non dubito, quin Celsitudo Tua et ad orbatam Rempublicam Polonorum animum inflectat et id, quod me valde cupere Celsitudo Tua putet, et in eo, quod a Celsitudine Tua peto, me sua cupiditate vincat. Itaque hoc iam pro facto habeo. Sed mature facto opus est. Libentissime enim vellem, ante diem Natalitii Christi Salvatoris nostri deposita functione gymnasii, has intentiones animi mei, quas superius Celsitudini Tuae exposui, sique Celsitudini Tuae non displicuerint, agredi. Quam primum igitur Celsitudo Tua praecipiat expedire hunc meum famulum, ne hoc propositum et convenientissimas occasiones remoretur, nihil enim sine voluntate Celsitudinis Tuae mihi tentare liceret.

Quod reliquum est, faxit Deus Optimus Maximus, ut ipse procerum Regni animos inflectat tibi que, salutari Principi, ut in illis regionibus gloria ipsius et vera religio exemplo Celsitudinis Tuae crescat, habenas Imperii Polonici tradat. Sic et Ecclesia et fides, quae est implicita labyrinthis opinionum humanarum, repurgarentur ac Respublica tandem, post varias agitationes fluctuum et procellarum, sub te, divino Rege, respiret et refloret. Id quod ego semper in votis habeo atque assiduus precibus Deum sollicito, ut contingat mihi hunc diem videre, quo spectator<sup>b)</sup> laudum Celsitudinis Tuae existens, incredibiles voluptates caperem, Celsitudini Tuae gratulerer.<sup>2)</sup> Interim me meaque omnis generis studia Celsitudini Tuae commendo. Datae ex Klecko, 12 Novembris, anno 1572.

Cum optime sciam, Princeps Illustrissime, quod non probe me Celsitudo Tua ex persona noverit, non abs re igitur existimavi cognitionem mei paucis Celsitudini Tuae in memoriam revocare. Ingenue quidem fateor me Celsitudini Tuae nulla obsequia, nulla officia fecisse, igitur Celsitudini Tuae non ex facie debeo esse notus, sed ex illa oratiuncula mea de Excubiis Angelorum, quam Celsitudini Tuae dedicavi anno 1566, et hoc etiam tempore primus gradus philosophiae mihi in hac Academia Regiomontana Celsitudinis Tuae publice attributus est.<sup>3)</sup> Eodemque anno, post promotionem meam, impetrata venia ab Illustrissimo olim Principe Alberto Seniore, optimo parente Celsitudinis Tuae, in peregrinam gentem me contuli, unde adhuc prohibitus his causis, quas Celsitudini Tuae supra exposui, reversus non sum. Iam igitur Celsitudini Tuae non ex facie debeo

esse notus, sed ex animo, quae<sup>2)</sup> me in ipsa oratiuncula, exili sane et tenui, satis representat.

Illustrissimae Celsitudinis Tuae  
deditissimus minimusque famulus  
Matthaeus Motzarus, Lycensis.

- a) *supra lineam.*  
b) *in ms. spectatur*  
z) *sic in ms.*

- 1) *Maximilianus II.*  
2) *Theodorus, filius Ioannis IV.*  
3) *Nicolaus Radziwiłł « Rufus ».*  
4) *Nicolaus Christophorus Radziwiłł.*

N. 197.

*Klecko, 12.XI.1572.*

*Matthaeus Motzarus*  
*Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,*  
*servitia sua offert in ambienda a duce Alberto Friderico corona Regni*  
*Poloniae.*

*Sigill.*

*H B A, B 3, K.440.*

*Magnifice Domine etc.*

Quanquam, Magnifice Domine, nullis a me studiis lacessitus, multis tamen officiis a Tua Magnifica Dominatione sum cumulatus, pro quibus tantum me Tuae Magnificae Dominationi debere intelligo, ut nullis officiis, nulla opera, labore industriaeque mea posse videar satisfacere. Quae quoniam ex aequo reponere non possum, referret Magnificae Dominationi Tuae hic,<sup>a)</sup> qui pietatis officia multo cum faenore solet remetiri.

Sic etiam per sexennium Alberti olim Principis Illustrissimi, Domini Domini nostri clementissimi, caelebris memoriae, beneficiis usus sum, cuius etiam munificentia ad culmen et fastigium eruditionis in caelebri hac Academia Regiomontana aspiravi, et ubi doctrinae mediocris quandam cognitionem mihi comparaveram, alio me consensu eiusdem Principis olim Illustrissimi obligans,<sup>b)</sup> me ad reversionem chirographo contuli, ut Tua Magnifica Dominatio haud dubie habet in recenti memoria, praesertim cum per Tuam Magnificam Dominationem cum Illustrissimo Principe de impetranda venia egi, quam per Tuam Magnificam Dominationem assequutus fueram. Quoniam autem ultra terminum, in chirographo expressum, in peregrina vel exterranea natione moror, videtur et fides apud me naufragium fecisse et fructus ingenii mei non in obsequia Suae Celsitudinis, sed aliunde divertisse. Ideoque non immerito macula ingratitude, quae mihi semper invisae detestataeque est, videor nunc notandus.

Etsi quidem sine ulla observatione fori severitati huius sententiae, ut nimirum tanquam ingratus damner, libenter subiaceo ingenueque fateor, licet vita excessit senior Dux Albertus, Dominus Dominus noster

olim clementissimus, Illustrissimo tamen iuniori Principi Alberto Friderico, ut successori legitimo, meam totam vitam studiaque mea debere. Sed tamen quo magis Suae Celsitudini obsequi nitebar, eo plus studio videndi variarum provintiarum, cognitione variorum morum doctrinaeque ardebam. Qua in parte quanquam diuturnis molestiis conflictabar, quas tamen regiones laboriose perlustravi, ubique inveni quod discerem, et semper proficiens, semper se melior fierem. Igitur quod modum chirographi excessi, factum est non caussa abalienatae voluntatis meae ab obsequiis Suae Celsitudinis, verum solidae cognitionis morum variarum nationum, ut eo magis idoneus famulus Suae Celsitudinis essem.

Spero igitur, si recte Magnifica Dominatio Tua intentionem animi mei ea in re expenderit excusseritque, deprehendet haud dubie me omnino nullum in vitium perfidiae ingratitudeisque incurrisse, siquidem ea, quae chirographo commisi, animo immutata inviolataque servo. Scit enim Tua Magnifica Dominatio non nuda verba in obligatione spectanda esse, sed quo animo ea quis protulerit. Homo sum eius ingenii, qui non consuevi eos verbis alere, qui mihi sunt merito observandi. Paucis etiam attigi in literis meis ad Illustrissimum Principem, Dominum Dominum nostrum clementissimum, quibus rationibus adductus peracta peregrinatione in Regno Poloniae moror, nimirum quod mihi cuiusdam gymnasii cura contra propriam voluntatem a quodam magnato<sup>2)</sup> regio commissa est, quam iam deponere vellem, si Illustrissimi Principis literae tales, quales in literis ad Suam Celsitudinem expressi, advolabunt.

Quam ob rem Tuam Magnificam Dominationem submitte rogo, ut cum Sua Celsitudine hoc in meo negotio ita agat, quo et sim apud Suam Celsitudinem excusatus, quod diutius iusto in peregrina natione ultra terminum in chirographo datum maneo, et simul hae literae, ut sim nimirum functione hac scholastica vacuus, mihi a Sua Celsitudine elargiantur, sine quibus deserere conditionem sine magna molestia et commotione eius, qui mihi ea iniunxit, [non possum].

Significavi etiam Suae Celsitudini brevibus, qualis sit Reipublicae Polonorum status, et quod ex tribus die Epiphaniarum fieri debet electio unumque ex his, aut fratrem Caesaris,<sup>1)</sup> aut Principem nostrum Prussiae, aut Ducis Moscorum filium iuniorem<sup>2)</sup> proceres domini in Regnum substituere volunt. Exposui simul Suae Celsitudini meum consilium, quo pacto Sua Celsitudo prae reliquis potiri Regno Poloniae poterit, quod procul dubio ex literis meis ad Suam Celsitudinem haud obscure Magnifica Dominatio Tua perspiciet. Supervacaneum enim hic scribere existimavi. Si autem Magnificae Dominationi Tuae rationes consilii mei non omnino displicuerint, pergratissimum mihi Tua Magnifica Dominatio fecerit, si Principis nostri animum Magnifica Dominatio Tua eo inflectat perducatur, ut huic consilio assentiat.

Ego cum his proceribus, quos in literis meis ad Suam Celsitudinem memini, ita cautissime iuvante Deo rem agam loco, tempore occasioneque idonea, ut nulla inde suspitio nascatur hanc Suae Celsitudinis voluntatem fuisse. Quare Tuae Magnificae Dominationi totam hanc rem meque totum commendo atque trado, et si intellexero has literas, quantum scribens confidebam, apud Magnificam Dominationem Tuam pondus habuisse, magnus profecto ad Tuae Magnificae Dominationis pristina erga

me merita, quae ego inoblito animo gero, cumulus accedet. Si autem Illustrissimus Princeps consilio nostro acquieverit, rogo Tuam Magnificam Dominationem, ut quoque apud Suam Celsitudinem efficiat, ut Sua Celsitudo saltem duos equos, sunt mihi alii duo, vestimenta, pecunias suppeditet, solummodo ut in aula horum procerum Regni, in quibus cardo totius Regni versatur et cum quibus etiam mihi res erit, non inferior in omnibus caeteris eorum aulicis appaream. Hae vero impensae, si res ex voto ceciderit, quanto cum faenore revertentur iuvante Deo, eventus ipse ostendet. Sed hac in re maturandum est, ut habeam spatium, quo se in procerum animos insinuem, ut mihi rationes suarum sententiarum communicent, et hac nacta occasione conveniente loco et tempore ad amplificandas Principis nostri laudes nec consilium nec studium meum deerit.

Tua Magnifica Dominatio non gravetur mihi perscribere, qualis sit status Reipublicae Prussiae post ademptum nobis Principem Albertum Seniores. Incerti enim rumores de ea apud nos vagantur. Quare id certissimum existimabo, quicquid ex Magnifica Dominatione Tua cognovero. Interim me meaque omnis generis obsequia Magnifica Dominatio Tua sibi commendata habeat. Datae ex Klecko, 12 Novembris, anno 1572.

Magnificae Dominationis Tuae  
famulus obsequentissimus  
Matthaeus Motzarus.

Literas ad Illustrissimum Principem nolim deveniri in alienas manus propter res, quae sunt illis commissae. Igitur si redditae Magnificae Dominationi Tuae fuerint in absentia sive in praesentia Suae Celsitudinis, Tua Magnifica Dominatio moderare, quid rectissimum fuerit, idque sine ulla mora.

Matthaeus Motzarus.

a) *in ms. his*

b) *sequitur me expunctum*

z) *sic in ms.*

1) *Maximilianus II.*

2) *Theodorus, filius Ioannis IV.*



ELENCHUS EPISTOLARUM

Nr.		Dat
80	Aychler Erasmus	Cracoviae, 16.XII.1549
8	Aychler (Eichler) Ioannes	Cracoviae, 19.I.1531
9	» » »	Cracoviae, 4.II.1531
10	» » »	Cracoviae, 26.II.1531
12	» » »	Cracoviae, 25.V.1531
70	» » »	Cracoviae, 28.XII.1548
51	Aychler Stanislaus et alii	Cracoviae, 31.XII.1545
101	Backfarth Valentinus	Gedani, 25.I.1552
115	» »	s.l., s.d. 1554
117	» »	Vilnae, 17.III.1555
118	» »	Vilnae, 25.VII.1555
119	» »	Vilnae, 28.VII.1555
160	» »	Vilnae, 22.II.1561
175	Baldner Osvaldus	Cracoviae, 25.IV.1564
176	» »	Cracoviae, 13.IX.1564
179	» »	Norimbergae, 11.II.1565
180	» »	Norimbergae, 11.II.1565
183	» »	Cracoviae, 12.VII.1565
187	» »	Cracoviae, 31.V.1567
188	» »	Cracoviae, 31.V.1567
189	» »	Cracoviae, 27.VIII.1567
190	» »	Cracoviae, 27.VIII.1567
191	» »	Cracoviae, 5.IV.1568
192	» »	Cracoviae, 5.IV.1568
157	Basilicus Cyprianus Heraclides	Vilnae, 29.XI.1560
3	Behem Ioannes	s.l., 28.IV.1526
35	» »	Gnesnae, 17.III.1541
73	Bohemus Alexander	s.l. [ante 10.IV.1542]
172	Breitfus (Prayetfues) Iob	Vilnae, 3.II.1564
178	» » »	Wołkiniki, 1.I.1565
182	» » »	Grabów, 7.IV.1565
137	Caprinus Albertus	Posnaniae, 22.III.1558
151	» »	Posnaniae, 8.IV.1559
154	» »	Posnaniae, 5.V.1559
71	Chelmianus Stanislaus	s.l. [ante 24.III.1549]
50	Communitas civit. Międzyrzecz	Międzyrzecz, 22.XII.1545

4	Consules Cracovienses	universis	Cracoviae, 29.IV.1528
7	»	Alberto duci	Cracoviae, 21.VIII.1529
17	»	»	Cracoviae, 17.VIII.1536
31	» Posnanienses	»	Posnaniae, 1.IV.1539
47	»	»	Posnaniae, 4.IX.1545
169	» Vilnenses	universis	Vilnae, 2.VIII.1563
127	Cruciger (Krzyżak) Felix	Alberto duci	Secemini, 16.IX.1556
112	Darmoffal Laurentius et alii	consulibus Regiomontanis	Przasnysz, 16.VII.1554
51	Decii I.L. vidua, Anna et alii	Alberto duci	Cracoviae, 31.XII.1545
51	Decius Iostus Ludovicus iunior et alii	»	Cracoviae, 31.XI.1545
32	Decius Ioannes	»	Toruniae, 20.IX.1540
34	»	»	Hagenau, s.d. 1540
37	»	»	Patavii, 20.V.1541
51	Decius Ioannes et alii Eichler v. Aychler	»	Cracoviae, 31.XII.1545
38	Falckner Henricus	»	Gedani, 5.VII.1541
64	»	»	Cracoviae, 20.VI.1548
130	Gensche Georgius	»	Posnaniae, 24.IX.1556
15	Gleiwitz Ioannes	»	Cracoviae, 31.III.1535
121	Godschalck Nicolaus	»	Vilnae, 9.I.1556
21	Graff Ioannes et Storch H.	»	Posnaniae, 26.II.1537
22	»	»	Posnaniae, 5.III.1537
23	»	»	Posnaniae, 1.VII.1537
26	»	»	Toruniae, 13.I.1538
30	»	»	Posnaniae, 1.IV.1539
148	Hageman (Hogman) Ioannes	»	Cracoviae, 7.XI.1558
149	»	»	Cracoviae, 27.XII.1558
20	Heigell Georgius	»	Cracoviae, 9.II.1537
106	Hein Matthias Hogman v. Hageman	»	s.l. [2.III.1553?]
11	Hollfeder Ioannes (cum annexo)	»	[Cracoviae], 28.V.1531
13	»	Dorotheae in Prussia duci	[Cracoviae], 1531
67	Hyrschner Ioannes	»	Varsaviae, 16.IX.1548
45	Ioseph Albertus	»	Posnaniae, 22.IV.1545
49	»	consiliariis Ducatus Prussiae	Posnaniae, 11.XII.1545
61	»	Alberto duci	Posnaniae, 5.X.1547
62	»	»	Posnaniae, 24.II.1548
40	Karg Stanislaus	»	Cracoviae, 16.VI.1543
152	Kochwitz Casparus	»	Cracoviae, 10.IV.1559
5	Kramer Andreas	universis	Regiomonti, 23.V.1528
44	Kruegel Hieronymus	Alberto duci	Cracoviae, 26.V.1544
65	»	»	Cracoviae, 26.V.1548
78	»	»	Cracoviae, 12.XII.1549
186	»	»	Cracoviae, 15.IX.1565
82	Kuchler Iacobus	Balthasari Gans	Posnaniae, s.d. 1549
84	»	»	Posnaniae, 29.I.1550



Nr.			Dat.
27	Kuncz Ioannes	Alberto duci	Posnaniae, 3.VI.1538
33	» »	» »	Posnaniae, 10.XII.1540
36	» »	» »	Posnaniae, 10.IV.1541
52	» »	» »	s.l. [XII.1545]
57	» »	cuidam civi Posnaniensi	Posnaniae, 24.IX.1546
156	Lebner Caspari vidua et alii	Alberto duci	s.l. [ante 1.VII.1560]
139	Levonovicz Ioannes (Iwan) et alii	» »	s.l. [17.VII.1558]
128	Lismaninus Franciscus	» »	« ex eremo », 16.IX.1556
133	» »	» »	« ex eremo », 20.VI.1557
136	» »	» »	Tomice, 21.III.1558
166	» »	» »	Pinczoviae, 15.III.1563
167	» »	» »	Pinczoviae, 19.III.1563
139	Lob Paulus et alii	» »	s.l. [17.VII.1558]
	Maureus v. Royzius		
6	Meydell Hieronymus et Pruffer L.	» »	Cracoviae, 22.VI.1528
1	Meydell Michael	» »	Cracoviae, 16.VI.1525
2	» »	» »	Cracoviae, 3.III.1526
196	Motzarus Matthaeus	Alberto Friderico duci	Klecko, 12.XI.1572
197	» »	Ioanni a Kreitzen	Klecko, 12.XI.1572
185	Mundius Lucas Marcinides	» » »	Pinczoviae, 2.IX.1565
147	Niger Stanislaus (cum schedula)	Alberto duci	Posnaniae, 21.X.1558
156	Nimpsch Wolfgangus et alii	» »	s.l. [ante 1.VII.1560]
193	Nimpsch Ioannes	consiliariis ducis in Prussia	Lublina, 19.III.1569
194	Ortt Michael	» » » »	Gedani, 28.III.1569
195	» »	» » » »	Gedani, 14.IV.1569
41	Paczke Ioannes	Alberto duci	Gedani, 31.VIII.1543
51	» » et alii	» »	Cracoviae, 31.XII.1545
54	» »	» »	Cracoviae, 10.II.1546
63	» »	» »	Cracoviae, 28.IV.1548
105	» »	» »	Cracoviae, 7.II.1553
184	Pfeyffer Melchior	» »	Cracoviae, s.d.IX.1565
111	Plato Laurentius	» »	Cracoviae, 10.I.1554
110	Plaza Stanislaus	» »	Cracoviae, 22.X.1553
173	Polej Ioannes	» »	Zamek, 3.III.1564
161	Polej Matthias	» »	Posnaniae, 14.IV.1561
162	» »	» »	Posnaniae, 17.V.1561
	Prayetfues v. Breitfus		
158	Proconsul et consules Augustovienses	[Georgio Krösten]	Augustoviae, 30.XII.1560
87	Proconsul et consules Lomzenses	Alberto duci	Lomzae, 29.III.1550
165	» » » »	» »	Lomzae, 7.I.1563
16	» » Posnanienses	» »	Posnaniae, 1.VIII.1536
19	» » » »	» »	Posnaniae, 16.X.1536
24	» » » »	» »	Posnaniae, 2.VII.1537
129	» » » »	» »	Posnanie, 23.IX.1556
29	» » Przasnisienses	» »	Przasnysz, 12.VII.1538
171	» » trium civitatum Regiomontanarum	» »	Regiomonti, [1563-64]
66	» » Varsavienses	» »	Varsaviae, 16.IX.1548
122	» » » »	» »	Varsaviae, 25.I.1556

43	Proconsul et consules opp. Wąsosz (cum sched.)	universis	Wąsosz, 11.II.1544
53	Proth Andreas	Alberto duci	s.l. [1545]
6	Pruffer Ludovicus et Meydell H.	» »	Cracoviae, 22.VI.1528
48	Reutzell Martinus	» »	Balgae, 16.IX.1545
55	Rosenbamer Casparus et alii	» »	s.l. [10.IV.1546?]
55	Rosman Nicolaus et alii	» »	s.l. [10.IV.1546?]
58	Royzius Maureus Petrus	» »	Cracoviae, 25.II.1547
97	» » »	» »	Vilnae, 9.XI.1551
98	» » » (cum sched.)	» »	Vilnae, 19.XII.1551
103	» » »	» »	Petricoviae, s.d. 1552
108	» » »	» »	Cracoviae, 3.IX.1553
112	Rozanka Laurentius et alii	consul. civitat. Regiomontanae	Przasnysz, 16.VII.1554
55	Rudt Hieronymus et alii	Alberto duci	s.l. [10.IV.1546?]
14	Schadilka Liborius	» »	Nyetsnewel, 17.X.1533
96	Schilling Christophorus	» »	Cracoviae, 24.VI.[1551]
72	Seclucianus Ioannes	» »	s.l. [ante 10.IV.1549]
124	» » »	» »	s.l., 25.IV.1556
159	» » »	» »	s.l., s.d. [1560]
170	» » »	praesuli [Ioanni Aurifabro]	[Regiomonti, 12.XI.1563]
174	» » »	[Ioanni a Kreitzen]	s.l. [ante 3.VII.1564]
177	» » »	Alberto duci	s.l. [1564]
181	» » »	burgravio (Regiomontano)	s.l. [ante 23.II.1565]
139	Sidorowicz Ioannes (Iwan) et alii	Alberto duci	s.l. [ante 1.VII.1558]
156	Spil Ioannes et alii	» »	s.l. [ante 1.VII.1560]
55	Stolpensis Casparus et alii	» »	s.l. [10.IV.1546?]
18	Storch Henricus (cum 2 annexis)	» »	s.l., 18.VIII.1536
21	» » et Graff I.	» »	Posnaniae, 26.II. 1537
22	» » » » »	» »	Posnaniae, 5.III.1537
23	» » » » »	» »	Posnaniae, 1.VII.1537
25	» » » » »	» »	Gedani, 9.XI.1537
26	» » » » »	» »	Toruniae, 13.I.1538
28	» » » » »	» »	Gedani, 14.VI.1538
30	» » » » »	» »	Posnaniae, 1.IV.1539
42	» » » » »	» »	s.l., 23.XI.1543
55	Storch Laurentius et alii	» »	s.l. [10.IV.1546?]
163	Sturmer Balthasar	» »	Lomzae, 10.XII.1561
168	» » »	» »	Petricoviae, 7.IV.1563
60	Thege Franciscus	» »	Cracoviae, 15.IV.1547
120	Thimme Ioannes	» »	Vilnae, 17.XII.[1555]
125	» » »	» »	Vilnae, 14.VII.1556
146	Trepka Anna	» »	Posnaniae, 21.X.1558
153	» » »	» »	Posnaniae, 29.IV.1559
164	» » »	» »	Posnaniae, 1.II.1562
79	Trepka Eustathius	» »	Cracoviae, 15.XII.1549
109	» » »	» »	Posnaniae, 17.IX.1553
113	» » »	» »	Posnaniae, 18.IX.1554
114	» » »	» »	Posnaniae, 19.XII.1554
116	» » » (cum schedula)	» »	Posnaniae, 13.II.1555
123	» » »	» »	Regiomonti, 13.II.1556
126	» » »	» »	Posnaniae, 28.VII.1556

Nr.				Dat.
131	Trepka Eustathius (cum 2 annexis)	ignoto		s.l., s.d. [1556]
132	»	»	Alberto duci	Regiomonti, 4.V.1557
134	»	»	»	Posnaniae, 30.XI.1557
138	»	»	(cum schedula)	»
140	»	»	»	Posnaniae, 29.VI.1558
141	»	»	»	Posnaniae, 6.VIII.1558
142	»	»	(cum schedula)	»
143	»	»	»	Posnaniae, 15.IX.1558
144	»	»	»	Posnaniae, 17.IX.1558
				Posnaniae, 6.X.1558
				Regiomonti
				[ante 17.X.1558]
145	»	»	»	Regiomonti
				[ante 17.X.1558]
112	Umiński Lucas et alii	consul. civit. Regiomontanae		Przasnysz, 16.VII.1554
56	Vollgerecht Andreas	Henrico Falckner		Cracoviae, 29.V.1546
135	Wołyniec Matthias (c. annexo)	Alberto duci		s.l., s.d. [1557]
150	»	»	»	s.l. [initio IV.1559]
155	»	»	»	s.l. [10.IV.1559]
46	Woyewódka Bernardus	»	»	Cracoviae, 10.VI.1545
59	»	»	»	Cracoviae, 25.III.1547
39	Wunsam Ioannes	»	»	Cracoviae, 29.VIII.1541
68	»	»	»	Cracoviae, 8.X.1548
69	»	»	»	Cracoviae, 27.XII.1548
74	»	»	»	Cracoviae, 13.IX.1549
75	»	»	»	Cracoviae, 3.X.1549
76	»	»	»	Cracoviae, 12.XI.1549
77	»	»	»	Cracoviae, 12.XII.1549
81	»	»	»	Cracoviae, 31.XII.1549
83	»	»	»	Cracoviae, 8.I.1550
85	»	»	»	Cracoviae, 4.II.1550
86	»	»	»	Cracoviae, 25.III.1550
88	»	»	»	Cracoviae, 19.V.1550
89	»	»	»	Cracoviae, 5.VIII.1550
90	»	»	»	Cracoviae, 28.XI.1550
91	»	»	»	Cracoviae, 23.XII.1550
92	»	»	»	Cracoviae, 17.II.1551
93	»	»	»	Cracoviae, 10.IV.1551
94	»	»	»	Cracoviae, 11.V.1551
95	»	»	»	Cracoviae, 17.VI.1551
99	»	»	»	Cracoviae, 19.XII.1551
100	»	»	(cum schedula)	Cracoviae, 28.XII.1551
102	»	»	»	Cracoviae, 8.X.1552
104	»	»	»	Cracoviae, 7.I.1553
107	»	»	»	Cracoviae, 13.IV.1553



## INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

*Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione occurrentium.*

*Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.*

### A

ACHILLES (Achyles), presbyter Alexandrinus, haereticus, 143.  
 ACHILOPHELONES, 122.  
 ADAM, 90.  
 AECHLER v. Aychler.  
 AFRICANUM (Aphricanum) litus, 78.  
 ALBAE dux, 78.  
 ALBERTUS, in Prussia dux, *passim*.  
 ALBERTUS marchio Brandenb., 85.  
 ALBERTUS junior, marchio Brandenb. (Alci-  
 biades), 57.  
 ALCZUNIUS Christophorus, 144.  
 ALEXANDER, Bohemus, typographus, 67-8.  
 AMBROSIUS s., 142-3.  
 ANDREAS, sartor Regiomont., 92-3.  
 ANDREAS Venceslaus (Andris Venczel), factor  
 ducis Alberti, 39.  
